

APPENDIX

TOMI PRIMI OPERUM SANCTI AUGUSTINI,

COMPLECTENS

QUÆDAM OLIM IPSI PERPERAM ADSRIPTA.

EA SUNT :

DE GRAMMATICA LIBER.

PRINCIPIA RHETORICÆ.

REGULA SECUNDA.

PRINCIPIA DIALECTICÆ.

REGULÆ CLERICIS TRADITÆ

DE VITA EREMITICA

CATEGORIÆ DECEM.

FRAGMENTUM.

AD SOROREM.

ADMONITIO

DE LIBRO DE GRAMMATICA ET TRIBUS PROXIME SEQUENTIBUS OPUSCULIS.

Li brum de Grammatica Augustino in prius excusis attributum inter supposititia censemus opuscula obeam in primis causam, quia methodo æque et scopo totus discrepat ab eo, quem ipse in lib. 1 Retract., cap. 6, una cum aliis disciplinarum libris a se Mediolani jamjam Baptismum percepturo elaboratum recognoscit. Quippe hos libros conscripserat dialogi forma, eoque animo ut *per corporalia ad incorporalia, quibusdam quasi passibus certis*, uti ibidem ait, *vel perveniret vel duceret*. Ipsi nimirum a tempore suæ conversionis religioni fuit operam dare litteris deinceps, nisi illæ Christo servirent, ex lib. 9 Confess. cap. 4, n. 7. Porro autem subjectum hic opusculum neque dialogi formam gerit, neque ad incorporalia promovet animum. Id præterea eruditi alicujus scriptoris nedum tanti viri solertiam non refert, quæ tum maxime singularis et summa apparet, cum se ipse in re exercet per se humili ac vulgari. Confer libros de Musica, necnon eum locum libri 2 de Ordine, ubi disciplinarum inter se ordinem, earumque occasionem, naturam et proprietates leviter perstringit : hinc profecto intelliges non quidpiam passim obvium, aut quod omnium pedibus tritum esset, de grammatica fuisse ab ipso litteris commendatum. Quæ sane rationes non minus valent adversus tria alia, quæ huc pariter conjecimus opuscula, quæ inscribuntur, Principia Dialecticæ, Categoriæ decem, et Principia Rhetoricæ. Scrupulum injiciebat clausula capiti 7 lib. 1 Retractationem assuta, scilicet : *Hoc opus sic incipit, Omnia nomina tredecim*, quod initium est libri sequentis. At fraudem deteximus ex Mss. tum veteribus, tum etiam recentioribus, qui eam non habent.

DE GRAMMATICA LIBER.

CAPUT PRIMUM. — *Terminationes nominum. Ac primo quæ vocalibus terminantur.*

Omnia nomina tredecim litteris terminantur : quinque vocalibus, a, e, i, o, u ; sex semivocalibus, l, m, n, r, s, x ; et duabus mutis, c, t. A masculino, ut Seneca, Catilina, Sulla, Uva, Cinna, Pansa ; græca, Sosia, Pareta ; afra, Jugurtha, Micipsa. A feminino, femina, musa, regula, norma, forma ; et talia. A neutro græca sunt tantum, thema, schema, et unum nomen latinum fluminis, Turia ; dicente Sallustio, *Flumen Turia*. (In Bello Jugurth). A communi, advena, convena, indigena, Trojugena ; et talia. Ab epicæno, vipera, aquila, musca, locusta, ulula ; et talia. Diximus de a littera, nunc de e. Ab e littera vocali nullum latinum, nisi juncta præpositione, masculinum invenitur, ut proconsule, proprætore. Ergo juncta præpositione fiunt latina, ut dixi, proprætore, proquæstore. Nam veteres nominativo casu proconsul dicebant, attendentes nullum nomen latinum exire in e litteram nominativo casu generis masculini. A feminino nullum latinum, sed græca solum : ut Andromache, Niobe, Libye, Hecate, Euterpe, quorum genitivus in es exit : ut Andromaches, Niobes, Libyes, Hecates, Euterpes. Sed hæc cum Græcis

PATROL. XXXII.

tractamus. A neutro e littera in nominativo, monile, sedile, cubile, et cætera quæ paulo post in regula generis neutri per omnia nomina ponemus. A communi nullum nomen est, similiter nullum ab epicæno. Nunc de i littera tractemus in nominativo quæ genera contineat. A masculino nullum nomen in i : a feminino nullum ; a neutro gummi, et est ἀπρωτον (a) ; a communi nullum ; ab omni genere, ut frugi, [nihili : declinatur sic, hic vir frugi, femina frugi, mancipium frugi : genitivo similiiter frugi faciet, hujus viri frugi, hujus feminae frugi, hujus mancipii frugi ; sic per omnes casus frugi dicimus. Sic declinatur nihili hic nihili vir, hæc nihili mulier, hoc nihili mancipium. Hoc sono nominativi omnes casus declinantur : sic pluraliter ; viri nihili, feminae nihili, mancipia nihili. Ab epicæno nullum similiter exit in i. Ab o littera vocali nominativus terminatus masculino appellativo, ut ligo, ligois. A proprio nomine, ut Cato, Cicero, Maro, Nero, Tubero, et cætera talia. A feminino appellativo, ut vertigo, indago, ferrago, siligo (in Juvenali legitur ita :

(a) Indeclinabile diceret Augustinus, qui in latino sermone græca vocabula non usurpat sine necessitate, ex lib. I de Musica, cap. 12, n. 23.

(Quarante-quatre.)

Sed quæ mutatis inducitur atque fovetur
Tot medicaminibus, coctæque siliginis offas
Accipit et madidæ, facies dicitur an ulcus?
(*Satira* 6, v. 461-473.)

Sartago, virago, lanugo, aurugo, ærugo, crepido (in Juvenali,

Nulla crepido vacat, nusquam pons et tegetis pars.
(*Satira* 5, v. 8.)

et talia. A feminino proprio, Carthago: peregrina vero, ut Dido, Ino, Io, Alecto, Celæno, Clio, Manto; quorum genitivus in us exit, Didus, Inus, Ius, Alec-tus, Celenus, Clius, Mantus: sed hoc cum Græcis tractemus. A neutro nullus nominativus in o exit. A communi, fullo, latro, caupo. etc. Ab epicæno, struthio, hirundo, hirudo, gurgulio, bufo; et talia. Ab u vocali solum neutrum, quod in singulari indeclinabile est, in plurali declinatur, ut cornu, vern, genu, tonitru: hoc sono enuntiantur omnes casus in singulari, ut diximus; in plurali declinantur, cornua, verua, genua; genitivo, horum cornuum, veruum, genuum: et cætera declinabis ad regulam versuum, fluctuum.

CAPUT II. — De nominibus quæ terminantur in semivocales et eorum generibus.

Diximus de vocalibus quinque, quibus terminatur nominativus, nunc de semivocalibus dicamus. L littera nominativus exiens in masculinis appellativis, hic sal; in propriis, Sol. In femininis unum nomen matronæ tantum, Tanaquil. In neutris, ut mel, fel. In communibus, vigil, pugil: unde et Terentius de virgine, *Pugilem esse aiunt* (*In Eun. act. 2, scen. 3, v. 24*). In epicænis nullum nomen est. M, nominativus exiens, in masculinis nullum latinum est. In femininis, Glycerium, Planium, Dorcium, Philocomasium. In neutris autem, templum, telum, tectum, et alia quorum plurales faciles sunt. In communibus nullum exit in m: sic et in epicænis. Nunc tractemus de semivocali n. N littera terminatus nominativus a masculinis, flamen, pecten, lien, quod est splen. A femininis, siren, pluralis sirenes. A neutris cermen, germen, gramen, et cætera talia, quæ post regulas generis neutri tractabimus. A communibus nominativus exiens in n, tubicen, tibicen, fidicen, lyricen, cornicen qui in lituis canit. Ab epicænis, oscen, id est ab his quæ tradunt augurium, attagen. Nunc de semivocali r. R littera terminatus nominativus a masculinis, ut Cæsar, Arar, Nar, victor, tutor, sopor, mæror, et alia quæ facilia sunt tam in appellativis quam in propriis: a femininis, arbor, soror: a neutris, marmor, æquor, et alia: a communibus, pauper, acer, alacer, memor, auctor: ab epicænis, passer, accipiter, anser. Nunc de s littera semivocali tractemus. S littera terminatus nominativus a masculinis, justus, doctus, pius: a femininis, dos, sors, mors, et talia: a neutris, vulnus, pectus, pecus, et cætera quæ mox regula retractabitur: a communibus sacerdos, impos, compos, similis, nobilis, agilis: ab omni genere, ut nugas, etc. De his mox uberius tractabimus. Ab epicænis, tigris, mus, lepus, etc. Nunc de semivocali littera x. Nominativus in x littera: a masculinis, vertex, cortex, pumex: a propriis, Pollux: a femininis, nex, prex, fex, pax, fax, et alia: a neutris nullum nomen nisi omni generi jungatur, ut felix.

CAPUT III. — De iis quæ terminantur in mutas.

Remanent duæ mutæ, c, t, litteræ. Nominativus exiens c littera tenet masculinum, ut alec: tenet neutrum, ut lac. T littera exiens nominativus tenet genus neutrum, ut caput, sinciput, semicaput.

CAPUT VI. — De terminatione et declinatione nominum neutri generis.

Nomina generis neutri in um, syllabam exeuntia, ut templum declinantur: n. singulari, hoc templum, g. hujus templi, d. huic templo, a. hoc templum, v. o templum, a. ab hoc templo: et pluraliter, n. hæc templa, g. horum templorum. d. his templis, a. hæc templa, v. o templa, a. ab his templis. Simili declinatione hæc omnia procurrunt, telum, tectum, sca-

num, bellum, monstrum, portentum, oppidum, carpentum, venenum, donum, bonum: malum, magnum, pessimum, parvum: frumentum, medicamentum, membrum, forum, metrum, porrum, tignum, plastrum, claustrum, instrumentum, olivetum, vinetum, palmetum, quercetum, esculentum, lauretum, argumentum, sacrum, testamentum, jugerum, vinum: sed nunc tantum in singulari, vicia enim poetæ dixerunt: et cicera. Sic oleum, hordeum, triticum, ferrum, viscum, aurum, argentum, plumbum, stannum, vitrum, electrum, et tali quæ ad pondus veniunt vel mensuram, ex ista sunt forma. Generis neutri quæ in ium exeunt, sed hæc in genitivo per duo ii scribuntur, ut hoc ingenium, hujus ingenii, sic imperium imperii, scrinium scrinii, capitulum capitoli, tentorium tentorii, armarium armarii, solarium solarii, tectorium tectorii, armamentarium armamentarii, spatium spatii, sacrarium sacrarii: sic horarium horarii, salarium salarii, viridarium viridarii, pomærium pomærii, sacrificium sacrificii, folium folii, solium solii, testimonium testimonii: sic rosarium rosarii, aviarium aviarii, augurium augurii, auspicius auspicii, exitium exitii, exsilium exsili, prodigium prodigii, auxilium auxili, præsidium præsidii, atrium atrii, aucupium aucupii, adjutorium adjutorii, mancipium mancipii, dolium dolii. Est alia forma generis neutri quæ per us exit, ut hoc pecus; numero singulari n. hoc pecus, g. hujus pecoris, d. huic pecori, a. hoc pecus, v. o pecus, a. ab hoc pecore: et pluraliter, n. hæc pecora, g. horum pecorum, d. his pecoribus, a. hæc pecora, v. o pecora, a. ab his pecoribus. Ad hanc formulam declinabimus, ulcus ulcera, facinus facinora, vellus vellera, viscus viscera, rus rura, jus jura, nemos nemora, tergus tergora, pectus pectora, genus genera, pondus pondera, corpus corpora, decus decora, funus funera, fenus fenora, olus olera, littus littora, opus opera, rudus rudera, tus tura, tempus tempora, fœdus fœdera, stercus stercora, onus onera, latera latera. Est alia species generis neutri quæ continet nomina in ur exeuntia: ut hoc murmur in nominativo, g. hujus murmuris, d. huic murmuri, a. hoc murmur, v. o murmur, a. ab hoc murmure: et pluraliter, nominativo hæc murmura, g. horum murmurum, d. his murmuribus, a. hæc murmura, v. o murmura, a. ab his murmuribus. Ad hanc formulam similia declinabis, ut ebur ebora, femur femora, sulfur sulfura, fulgur fulgura. Sed ex hac formula non multa inveniuntur, quoniam pauca sunt generis neutri quæ in or exeunt: marmor in nominativo, g. hujus marmoris, d. huic marmori, a. hoc marmor, v. o marmor, a. ab hoc marmore: et pluraliter, n. hæc marmora, g. horum marmorum, d. his marmoribus, a. hæc marmora, v. o marmora, a. ab his marmoribus. Sic æquor æquora, cor corda. Alia species generis neutri quæ continet nomina in ar syllabam exeuntia: ut hoc far nominativo, g. hujus farris, d. huic fari, a. hoc far, v. o far, a. ab hoc farre. In plurali tres casus habet solum. n. hæc farra, accusativo hæc farra, vocativo o farra: non habet ergo genitivum, dativum et ablativum: unde τριπτότα dicuntur in plurali, id est trium casuum, ut sunt jura, non dicimus horum jurium, his juribus, nec ærum æribus, nec mellum mellibus, et alia pauca; nec enim multi sunt: sic nec horum farrum in genitivo possumus dicere aut in dativo his farribus. Hunc ergo formam numero tantum singulari declinabis, hoc nectar nectaris, laser laseris, et instar, quod est similitudo, sed habet tres casus tantum, nominativum accusativum, et vocativum et est numeri tantum singularis. Alia species generis neutri quæ continet omnia in er exeuntia, sed numeri tantum singularis, n. hoc piper, g. hujus piperis, d. huic piperi, a. hoc piper, v. o piper, a. ab hoc pipere. Ad hanc formulam declinabis numero tantum singulari. ver: n. hoc ver, g. hujus veris, d. huic veri, a. hoc ver, v. o ver, a. ab hoc vere. Sic declinabis hoc siler, ut ait Virgilius.

siler (*Georg. lib. 2, v. 13.*) Similiter declinabis *ger*, sed habet pluralem, ut *juger jugera*, *secundantiquos* qui dixerunt *jugerum*; *uber ubera*, *tubera*: et in hæc, ut dixi, paucorum nomina. Alia species per os, ut ipsum *os ora*, unde *um*, sed hoc producimus, aliud corripimus ab *od* sunt ossa: declinatur singulariter, nominatio *oc os*, *g. hujus ossis*, *d. huic ossi*, *a. hoc os*, *os*, *a. ab hoc osse*: et pluraliter, *n. hæc ossa*, *rum ossium*, *d. his ossibus*, *a. hæc ossa*, *v. o a. ab his ossibus*. Alia species generis neutri quæ met nomina in *e* exeuntia, ut *monile*: nominatio *oc monile*, *g. hujus monilis*, *d. huic monili*, *a. monile*, *v. o monile*, *a. ab hoc monili*: et pluraliter, *n. hæc monilia*, *g. horum monilium*, *monilibus*, *a. hæc monilia*, *v. monilia*, *a. ab nonilibus*. Similiter declinabis *sedile sedilia*, *spe præsepia*, *collare collaria*, *ducale ducalia*, *molliia*, *grave gravia*, *vile vilia*, *mite mitia*, *suavia*, *vitale vitalia*, *morale moralia*, *lene leve levia*, *ancile ancilia*: de quo Virgilius, *Læ ancile gerebat* (*Æneid. lib. 7, v. 188*): *facile a*, *nobile nobilia*, *agile agilia*, *mare maria*; sed liter tres casus habet tantum, nominativum, accusativum et vocativum: genitivum, dativum et ablativum non habet: non enim dicimus in genitivo *homarium*, aut in dativo *his maribus*, aut in ablativo *his maribus*. Sic et alia declinabis huic formæ *ia*. Huic regulæ ablativus in *i* exit, non in *e*, genus neutrum nunquam habet quatuor casus *es*, ut faciat in nominativo hoc *monile*, et accusativo hoc *monile*, et vocativo *o monile*, et in ablativo hoc *monile*; sed ab hoc *monili*: inde Virgilius, *Instrato saxa cubili* (*Georg. lib. 3, v. 166*): *oc cubili*: sic, et, *Sacra mari colitur* (*Æneid. lib. 1, v. 73*): item, *Hortatur, pater ire mari* (*Ibid., lib. 1, v. 73*): item, *Tenui de vimine* (*Georg. lib. 3, v. 230*): *Crudeli vulnere* (*Eclog. 5, v. 20*): item, *Levulnere* (*Æneid. lib. 9, v. 580*): item, *Dulci exoruscent* (*Id. lib. 12, v. 802*): et cum dicimus, *li* genere natus, non nobile. Sic ergo observabis *omine* neutro quod exit in nominativo singulari ut ablativum in *i* mittat regula perpetua. Alias *es* generis neutri quæ continet nomina in *al* *atia*, ut *animal*. Nominativo hoc *animal*, *a. hujus animalis*, *d. huic animali*, *a. hoc animal*, *v. o animal*, *a. ab hoc animali*: et pluraliter, *n. hæc animalia*, *g. horum animalium*, *d. his animalibus*, *a. animalia*, *v. o animalia*, *a. ab his animalibus*. Ad formam declinabis *tribunal tribunalia*, *lupercal lualia*, quæ sunt *sacra illius genii qui Pan* vocatur: et Virgilius de ipso loco, *Et gelida monstrat sub Lupercal* (*Id., lib. 8, v. 343*). Alia species neutri continet nomina in *el* exeuntia, ut *mel*: *n. hoc mel*, *g. hujus mellis*, *d. huic melli*, *a. hoc mel*, *v. o mel*, *a. ab hoc melle*. Sic declinabis, *n. hoc fel*, *g. hujus fellis*, *d. huic felli*, *a. hoc fel*, *v. o fel*, *a. ab hoc felle*. Sed plurali numero non nisi per tres casus *t*, nominativum, accusativum et vocativum. Alia *es* generis neutri quæ continet nomina in *en* *am* exeuntia: *n. hoc crimen*, *g. hujus criminis*, *huic crimini*, *a. hoc crimen*, *v. o crimen*, *a. ab hoc crimine*: et pluraliter, *n. hæc crimina*, *g. horum criminum*, *d. his criminibus*, *a. hæc crimina*, *v. o crimina*, *a. ab his criminibus*. Ad hanc regulam sicut declinabis, *carmen carminis*, *numen numinis*, *gen graminis*, *agmen agminis*, *acumen acuminis*, *aven graminis*, *flumen fluminis*, *stramen straminis*, *lumen luminis*, *semen seminis*, *liquamen liquaminis*, *fulmen fulminis*, *rumen ruminis*, *bilumen biluminis*, *gluten glutinis*, *legumen leguminis*, *fundamen fundaminis*, *tegimen tegiminis*, *munimen muniminis*, *levamen levaminis*, *specimen speciminis*—sed pluralem non admittit: item *subtegimen subtegiminis*. Alia species generis neutri *ἀπρωτα*, id indeclinabilia, ut *genu*: *n. hoc genu* *c. hujus*

genu, *d. huic genu*, *a. hoc genu*, *v. o. genu*, *a. ab hoc genu*: et pluraliter, nominativo hæc *genua*, *g. horum genuum*, *d. his genibus*, *a. hæc genua*, *v. o genua*, *a. ab his genibus*. Ad hanc formam declinabis et hoc cornu, ut supra diximus, *cornu cornua*, *veru verua*, quæ sunt *virgæ ferreæ laniorum*; de quibus Virgilius, *Verubusque trementia figunt* (*Id. lib. 1, v. 212*): *tonitru tonitrua*. Sed talium nominum declinatio perrara invenitur. Alia species generis neutri de qua supra tractavimus, quæ exit in quatuor nomina duarum mutarum, *c* et *t*, ut *caput* et *sinciput*, *lac* et *alec*; sed hæc duo pluralem numerum non admittunt. Exit item genus neutrum in *a*, sed in græcis nominibus, ut *thema themata*, *toreuma toreumata*, *schema schemata*, *emblema emblemata*, *theoremata*, *boethema boethemata*, et alia. Item meminerimus singulas litteras tam in Græcis quam in Latinis generis esse neutri. Dicimus enim unum *alpha*, unum *beta*, unum *gamma*, sic et aliæ litteræ, pluraliter duo *alpha*, duo *beta*, duo *gamma*: sic tria *alpha*, tria *beta*, tria *gamma*: inde est illud *τρία κάππα κάκιστα*, id est tria *cappa* pessima: de Cornelio Sulla, de Cornelio Cinna, de Cornelio Lentulo: hi enim per tres litteras designati sunt in libris Sibyllinis. Est et unum nomen generis neutri in *a*, ut *flumen Turia*, ut supra diximus.

CAPUT V. — De terminatione et declinatione nominum communis generis.

Genus commune exit *pera*, ut *advena*: declinatur *n. hic* et *hæc advena*, *g. hujus advenæ*, *d. huic advenæ*, *a. hunc* et *hanc advenam*, *v. o advena*, *a. ab hoc* et *ab hac advena*: pluraliter *n. hi* et *hæc advenæ*, *g. horum* et *harum advenarum*, *d. his advenis*, *a. hos* et *has advenas*, *v. o advenæ*, *a. ab his advenis*. Ad hanc formulam declinabis *Trojugena*, *indigena*, *incola*, *agricola*, *convena*, *cœlicola*, *sacricola*, *publicola*, *terricola*, *orbicola*, *plebicola*, *Numida*, *Dalmata*, *ruricola*, *lucifuga*, *Persa*, *Romulida*, etc. In nominativo *e* et *i*, non habet genus commune, sed in *o*, ut *latro*: *n. hic* et *hæc latro*, *d. hujus latronis*, *d. huic latroni*, *a. hunc* et *hanc latronem*, *v. o latro*, *a. ab hoc* et *ab hac latrone*: et pluraliter, *n. hi* et *hæc latrones*, *g. horum* et *harum latronum*, *d. his latronibus*, *a. hos* et *has latrones*, *v. o latrones*, *a. ab his latronibus*. Ad hanc formam declinabis, *homo*, *ganeo*, *degulo*, *caupo*, *fullo*, *nemo*, *heluo* qui et *gluto*, et alia. Per *u* autem nullam habet. In nominativo ergo exit commune per *es* syllabam, ut *comes*: *n. hic* et *hæc comes*, *g. hujus comitis*, *d. huic comiti*, *a. hunc* et *hanc comitem*, *v. o comes*, *a. ab hoc* et *ab hac comite*: et pluraliter, *n. hi* et *hæc comites*, *g. horum* et *harum comitum*, *d. his comitibus*, *a. hos* et *has comites*, *v. o comites*, *a. ab his comitibus*. Ad hanc formam declinabis *similia*; ut *sospes*, *locuples*, *hospes*, licet *hospitam* dixerit Virgilius, *Hospita tellus* (*Æneid. lib. 3, v. 539*): *miles*, *veles*, id est, *levis armaturæ miles*, *interpres*, *ales*, *præpes*, *præs*, id est, *fidejussor*, *satelles*, *deses*, *præses*, *dives*, *hæres*, *cœles*, *cœlites*, qui iter sibi faciunt ad cœlum, *indiges* *indigetis*, etc. Exit in *is*, ut *similis*: *n. hic* et *hæc similis*, *g. hujus similis*, *d. huic simili*, *a. hunc* et *hanc similem*, *v. o similis*, *a. ab hoc* et *ab hac simili*: et pluraliter, *n. hi* et *hæc similes*, *g. horum* et *harum similibus*, *d. his similibus*, *a. hos* et *has similes*, *v. o similes*, *a. ab his similibus*. Ad hanc formam declinantur *agilis*, *facilis*, *fragilis*, *viridis*, *mobilis*, *humilis*, *mitis*, *lenis*, *mollis*, *civis*, *testis*, *hostis*, *tristis*, *fortis*, *suavis*, *frugalis*, *crudelis*, *inanis*, *gracilis*, *immanis*, etc. Exit per *os*, ut *sacerdos*: *n. hic* et *hæc sacerdos*, *g. hujus sacerdotis*, *d. huic sacerdoti*, *a. hunc* et *hanc sacerdotem*, *v. o sacerdos*, *a. ab hoc* et *ab hac sacerdote*: et pluraliter, *n. hi* et *hæc sacerdotes*, *g. horum* et *harum sacerdotum*, *d. his sacerdotibus*, *a. hos* et *has sacerdotes*, *v. o sacerdotes*, *a. ab his sacerdotibus*. Ad hanc formam declinantur *custos*, *impos*, *compus*, *nepos*. Exit et per *us*, ut *sus*: *n. hic* et *hæc sus*, *g. hujus suis*, *d. huic sui*, *a. hunc* et *hanc suem*, *v. o*

sus, A. ab hoc et ab hac sue : et pluraliter, N. hi et hæ sues, G. horum et harum suum, D. his suis, A. hos et has sues, V. o sues, A. ab his suis. Exit et per er, ut pauper : N. hic et hæc pauper, G. hujus pauperis, D. huic pauperi, A. hunc et hanc pauperem, V. o pauper, A. ab hoc et ab hac paupere : et pluraliter, N. hi et hæ pauperes, G. horum et harum pauperum, D. his pauperibus, A. hos et has pauperes, V. o pauperes, A. ab his pauperibus. Ad hanc formam declinantur et alia, ut acer, alacer, id est lætus. Exit commune in ex, ut opifex : N. hic et hæc opifex, G. hujus opificis, D. huic opifici, A. hunc et hanc opificem, V. o opifex, A. ab hoc et ab hac opifex : et pluraliter, N. hi et hæ opifices, G. horum et harum opificum, D. his opificibus, A. hos et has opifices, V. o opifices, A. ab his opificibus. Ad hanc formam declinabis aurifex, artifex, judex, carnifex, index, vindex, auspex, aruspex, signifex, et alia. Exit genus commune in eps, ut princeps : declinatur sic : Nominativo hic et hæc princeps, G. hujus principis, D. huic principi, A. hunc et hanc principem, V. o princeps, A. ab hoc et ab hac principe : et pluraliter, N. hi et hæ principes, G. horum et harum principum, D. his principibus, A. hos et has principes, V. o principes, A. ab his principibus. Sic declinantur manceps, particeps, municeps. Anceps autem et biceps et triceps, et quadiceps, multiceps, præceps, hæc sex nomina genitivum singularem contra regulam superiorem in tis syllabam mittunt, non in pis, ut anceps ancipitis, biceps bicipitis, triceps tricipitis, quadiceps quadricipitis, multiceps multicipitis, præceps præcipitis. Sed ideo in tis syllabam exeunt, non in pis, ut principis, mancipis, quia a capitis significatione veniunt, illa autem superiora capiendi significatione. Princeps enim dictus est, quod primus capiat, et manceps quod manu capiat. Anceps autem dictus est quod dubii capitis sit, vel inclinati capitis in utramque partem. Exit genus commune in junx syllabam, ut conjunx : Nominativo hic et hæc conjunx. Exit in ux, ut hic et hæc dux, redux. Exit in eps, quod quidem in omne genus redibit. Exibit in ebs, ut cælebs. Cælebs dicitur qui non habet uxorem, vel quæ non habet maritum : qualia sunt numina in cælo quæ absque conjugate sunt, si agapetas non attendamus (a). Nominativo hic et hæc cælebs, G. hujus cælibis, D. huic cælibi, A. hunc et hanc cælibem, V. o cælebs, A. ab hoc et ab hac cælibe : et pluraliter, N. hi et hæ cælibes, G. horum et harum cælibum, D. his cælibibus, A. hos et has cælibes, V. o cælibes, A. ab his cælibibus. Exit et in yx, ut Phryx : Nominativo hic et hæc phryx, G. hujus phrygis, D. huic phrygi, A. hunc et hanc phrygem, D. o phryx, A. ab hoc et ab hac phryge : et pluraliter, Nominativo hi et hæc phryges, G. horum et harum phrygum, D. his phrygibus, A. hos et has phryges, V. o phryges, A. ab his phrygibus. Et in us exit, ut Ligus, quod similiter ut Phryx, locale nomen est. Nominativo hic et hæc ligus, G. hujus liguris, D. huic liguri, A. hunc et hanc ligurem, V. o ligus, A. ab hoc et ab hac ligure : et pluraliter, N. hi et hæ ligures, G. horum et harum ligurum, D. his liguribus, A. hos et has ligures, V. o ligures, A. ab his liguribus. Exit genus commune in il, ut vigil : Nominativo hic et hæc vigil, G. hujus vigilis, D. huic vigili, A. hunc et hanc vigilem, V. o vigil, A. ab hoc et ab hac vigile : et pluraliter, N. hi et hæ vigiles, G. horum et harum vigilium, D. his vigilibus, A. hos et has vigiles, V. o vigiles, A. ab his vigilibus. Ad hanc regulam declinabis hic et hæc pugil. Exit in ul, ut exsul : N. hic et hæc exsul, G. hujus exsulis, D. huic exsuli, A. hunc et hanc exsulem, V. o exsul, A. ab hoc et ab hac exsule : et pluraliter, N. hi et hæ exsules, G. horum et harum exsulum, D. his exsulibus, A. hos et has exsules, V. o exsules, A. ab his exsulibus. Ad hanc formam declinabis præsul, hic et hæc præsul : quoniam masculinum est, ut consul. Exit in ur, ut fur : Nominativo hic et hæc fur, G. hujus furis, D. huic furi, A. hunc et hanc furem, V. o fur, A.

(a) Absit hoc dictum ab Augustino.

ab hoc et ab hac fure : et pluraliter, Nominativo hæc fures, G. horum et harum furum, D. his furibus, A. hos et has fures, V. o fures, A. ab his furibus hanc formam declinabis augur, hic et hæc augur genus commune in or, ut major, memor. Sed me si alia regula est, non admittit genus neutrum in quando major admittit in neutro majus. Nominativo hic et hæc memor, G. hujus memoris, D. huic memori, A. hunc et hanc memorem, V. o memor, A. ab hoc et ab hac memore : et pluraliter, Nominativo hæc memores, G. horum et harum memorum, D. his memoribus, A. hos et has memores, V. o memores, A. ab his memoribus. Admittit et neutrum, sed non regula generis omnis, ut hoc memor, unde et Virgii

Tum si quod non æquo fœdere amantes

Curæ numen habet, justumque memorque precatur
(Æneid. lib. 4, vv. 520, 521)

Pluralem non admittit, inde non est generis omnis. Neque enim dicimus memora vel memoria nuntia. Similiter declinabis auctorem in nominativo singulari, hic et hæc auctor, ut ait Juno, *Auctor ego sum* (Id. lib. 12, v. 159) : hi et hæ auctores.

CAPUT VI. — De terminatione et declinatione numerum omnis generis.

Exit genus omne in ax, in ex, in ix, in ox, in ux, ens, ons, ar¹, ers, ors, in us, es. In ax, ut hic et hæc pertinax, G. hujus pertinacis, D. huic pertinaci, A. hunc et hanc pertinacem, et hoc pertinax, V. o pertinax, A. ab hoc et ab hac et ab hoc pertinaci : et pluraliter, Nominativo hi et hæc pertinaces, et hæc pertinacibus, G. horum et harum et horum pertinacium, D. his pertinacibus, A. hos et has pertinaces, et hæc pertinacia, A. ab his pertinacibus hanc formam declinabis, efficax, tenax, pervicax, d. sequax, rapax, mordax, capax, furax, emax, famendax, nugax, vivax. Hæc omnia et talia ablati singularem in i mittunt. Exit item omne genus in secundum ordinem regularum supra ordinarum simplex : Nominativo hic et hæc et hoc simplex, G. hujus simplicis, D. huic simplici, A. hunc et hanc simplicem, et hoc simplex, V. o simplex, A. ab hoc et ab hac et ab hoc simplici : et pluraliter, Nominativo hi et hæc simplices, et hæc simplicibus, G. horum et harum et horum simplicium, D. his simplicibus, A. hos et has simplices, et hæc simplicia, V. o simplicia, A. ab his simplicibus. Ad hanc formam declinantur duplex, triplex, quadruplex, quintuplex, sexuplex, septuplex, excluso m, quia et septuplex in m num est, quod declinatur ut superius. Ex regula in ix, ut felix, quod sic declinatur : Nominativo hic et hæc felix, G. hujus felicitatis, D. huic felici, A. hunc et hanc felicem, et hoc felix, V. o felix, A. ab hoc et ab hac et ab hoc felici, ex sono generis neutri (a proprio nomine in e exit ab hoc felice, et est generis masculini) : et pluraliter, Nominativo hi et hæc felices, hæc felicia, G. horum et harum et horum felicitatis, D. his felicibus, A. hos et has felices, et hæc felicia, V. o felices et o felicia, A. ab his felicibus. Ad hanc regulam declinatur pernix, quod significat velocem. Ex regula in ox, ut ferox, declinatur sic : Nominativo hic et hæc ferox, G. hujus ferocis, D. huic feroci, A. hunc et hanc ferocem, et hoc ferox, V. o ferox, A. ab hoc et ab hac et ab hoc feroci : et pluraliter, Nominativo hi et hæc feroces, et hæc ferocia, G. horum et harum et horum ferocium, D. his ferocibus, A. hos et has feroces, et hæc ferocia, V. o feroces, et o ferocia, A. ab his ferocibus. Ad hanc formam declinabis atrox, velox. Ex regula in ux, unum nomen est, trux : Nominativo hic et hæc et hoc trux, G. hujus trucis, D. huic truci, A. hunc et hanc trucem, et hoc trux, V. o trux, A. ab hoc et ab hac et ab hoc truci, a sono generis neutri : et pluraliter, N. hi et hæc truces, hæc trucia, G. horum et harum et horum truci-

¹ Edd. omnes omittunt vocem, *ons*, quæ tamen necessarium videtur ex infra prolatis exemplis. Dein ferunt, *ars pro a* quod restituimus ut insequentibus exemplis magis accommodatum. M.

s trucibus, A. hos et has truces, et hæc trucia, ruces et o trucia, A. ab his trucibus. Ex regula ut præstans: Nominativo hic et hæc et hoc præstans, G. hujus præstantis, D. huic præstanti, A. hunc præstantem, et hoc præstans, V. o præstans, hoc et ab hac et ab hoc præstanti, ex sono genetri: et pluraliter, N. hi et hæ præstantes, et præstantia, G. horum et harum et horum præstantium, D. his præstantibus, A. hoc et has præstantes, et hæc præstantia, V. o præstantes, et o præstantes, ab his præstantibus. Ad hanc formam declinatur s, clamans, cantans, luctans, constans, prostans, ins, pugnant, mirans, minans, miserans, æstiversans, et talia. Ex regula ens, ut amens: N. hic et hoc amens, G. hujus amentis, D. huic amentem, et hanc amentem, et hoc amens, V. o amens, A. ab hoc et ab hac et ab hoc amenti, sono genetri similiter: et pluraliter, N. hi et hæ amentes, et hæc amentia, G. horum et harum et horum amentium, D. his amentibus, A. hos et has amentes, et hæc amentia, V. o amentes, et o amentia, A. ab his amentibus. Ad hanc formam declinatur demens, potens, impotens, præpotens, prudens, imprudens, pudent, impudens, frequens, infrequens, sedens, hærens, ins, mœrens, tenens, egens, ferens, cedens, særserviens, sapiens, incipiens, decipiens, et talia. Ex regula ons, ut sons quod significat nocens: N. hic et hoc sons, G. hujus sontis, D. huic sonti, A. hunc et hanc sontem, et hoc sons, V. o sons, A. ab hoc et ab hac et ab hoc sonti, a sono generis neutri: pluraliter, N. hi et hæ sontes, et hæc sontia, G. horum et harum et horum sontium, D. his sontibus, A. hos et has sontes, et hæc sontia, V. o sontes et o sontes, ab his sontibus. Ad hanc regulam declinatur s, id est, innocens, Et hæc duo sunt tantum generis omnis. Ex regula ar, ut par: N. hic et hoc par, G. hujus paris, D. huic pari, A. hunc et hanc parum, et hoc par, V. o par, A. ab hoc et ab hac et ab hoc pari, sono generis neutri: et pluraliter, N. hi et hæ pares, et hæc paria, G. horum et harum et horum parium, D. his paribus, A. hos et has pares, et hæc paria, V. o pares et o paria, A. ab his paribus. Ad hanc regulam declinantur impar et suppar, quæ sola tria generis omnis. Ex regula ers, ut iners: N. hic et hoc iners, G. hujus inertis, D. huic inerti, A. hunc et hanc inertem, et hoc iners, V. o iners, A. ab hoc et ab hac et ab hoc inerti: et pluraliter, N. hi et hæ inertes, et hæc inertia, G. horum et harum et horum inertium, D. his inertibus, A. hos et has inertes, et hæc inertia, V. o inertes et o inertia, A. ab his inertibus. Ex regula ors, ut vecors: N. hic et hoc vecors, G. hujus vecordis, D. huic vecordi, A. hunc et hanc vecordem, et hoc vecors, V. o vecors, A. ab hoc et ab hac et ab hoc vecordi, a sono genetri: et pluraliter, N. hi et hæ vecordes, et hæc vecordia, G. horum et harum et horum vecordium, D. his vecordibus, A. hos et has vecordes, et hæc vecordia, V. o vecordes et o vecordia, A. ab his vecordibus. Ad hanc regulam declinantur excors, discors, discors. Sed hæc duo, id est, consors, in genitivo singulari tis habent, ut consorsortis. Dissors autem dicitur dissimilis sortis. Ex regula us, ut vetus: declinatur autem sic: N. hic et hoc vetus, G. hujus veteris, D. huic veteri, A. hunc et hanc veterem, et hoc vetus, V. o vetus, A. ab hoc et ab hac et ab hoc veteri, a sono generis neutri: pluraliter, N. hi et hæ veteres, et hæc vetera, G. horum et harum et horum veterum, D. his veteribus, A. hos et has veteres, et hæc vetera, V. o veteres et o vetera, A. ab his veteribus. Hoc solum nomen in us, est generis omnis. Es, ut teres, quod est rotundum; deorsus, hic et hæc et hoc teres: teres autem dictum est deorsus. Ex regula autem ἀπρωτόν est, nequam; uno sono declinantur omnes casus per omnia genera.

T VII. — De nominibus generis epicæni, et differentia ejusdem generis a communi.

autem genus epicænum, quod sub uno articulo

intelligitur sexus, ut puta hic passer, jam sub uno articulo quo sonat hic, illic est et femina: declinatur N. hic passer, G. hujus passeris, D. huic passeri, A. hunc passerem, V. o passer, A. ab hoc passere: et pluraliter, N. hi passeres, G. horum passerum, D. his passeribus, A. hos passeres, V. o passeres, A. ab his passeribus. Sed et hæc aquila, sub uno articulo quo sonat hæc, ibi et masculinum intelligimus: sic et hæc tigris, sub quo sono intelligitur et masculus. Sic et hæc hirundo, ibi intelligis et masculinum: sic et hic struthio, ibi intelligis et feminam, sic sonex, stellio, musca. Ergo hoc interest inter genus commune et epicænum, quia in genere communi et homines sunt et pecora, in epicæno pecora tantum: quod in genere communi ambo articuli sunt, id est hic et hæc cum nomine communicat, ut hic et hæc canis; epicænum autem cum articulo uno masculino communicat nomen femininum, ut cum dico hic passer, sub ipso articulo qui sonat hic, intelligitur et femina. Sic in articulo generis neutri, quod est hoc pecus: sub articulo qui sonat hoc, intelligitur et femina, ut Virgilius ait, *Lenta salix feto pecori* (*Eclog.* 3, v. 83). Et in pecore licet sit genus neutrum, auditur illic et genus femininum, cum dixit, feto pecori, id est gravido.

CAPUT VIII. — De nominibus aut singularis aut pluralis numeri tantum.

Nunc dicendum de nominibus quæ aut sunt numeri singularis tantum, aut numeri tantum pluralis, ut cancelli, manes, penates. In feminino tantum plurali, ut thermæ, exsequiæ, insidiæ, divitiæ, nundinæ: in nominibus civitatum, Amyclæ, Thenæ, Athenæ, Syracusæ, Thebæ, Tubunæ, Saldæ, Abituræ, Macomades, Cales, Carreasi, Relares, Furnitum, quæ loca turnos dicuntur, et alia similia: in neutro tantum singulari, ut aurum, argentum, plumbum, stannum, piper, triticum, oleum, hordeum, vinum. Quanquam Virgilius vina (*Georg.* lib. 2, v. 97,) at Cicero rarius, poetica licentia dedit plurali, ut *Serite hordea campis* (*Id.* lib. 1, v. 210): declinatur autem nominativus solus. In neutro tantum plurali, castra, mœnia, arma, exta, id est viscera: Bactra, quæ est civitas Parthiæ: ergo et hæc civitas generis neutri est numero tantum plurali. Sane sunt nomina sub duplici enuntiatione, ut tribunus militum, præfectus urbis, præfectus fundis, præfectus annonæ, præfectus vigilibus, plebiscitum, senatus consultum; quorum nominum una pars declinatur, altera non declinatur: ut puta præfectus vigilibus, nominativus ipse flectitur per casus, præfectus, præfecti, præfecto, præfectum, præfecte, a præfecto: vigilibus sic manet, nec flectitur. Ut senatus consultum, hoc consultum, hujus consulti, huic consulto, hoc consultum, o consultum, ab hoc consulto. Senatus autem genitivus est, hic non flectitur. De nomine quantum rudi conveniebat, plenius exposuimus: nunc de pronomine est dicendum, quod est secunda pars de octo partibus orationis.

CAPUT IX. — De pronomine.

Ideo pronomem dicitur, quia vice fungitur nominis: ut ille, iste, ipse. Nam quomodo dicendo nomen explicamus personam, ut Virgilius; sic pronomina proprie ejusdem potestatis sunt, cum tacito nomine dicimus, Hic fecit, iste fecit. Pronomina aut finita sunt, aut infinita, aut minus quam finita. Finita sunt quæ notant certam personam, ut ego. Infinita, ut quis, quisque, quicumque, quæcumque, qui, aliqui, quæ, aliquæ. Minus quam finita sunt pronomina, quæ non sic definiunt personam, ut non egeant demonstratore, quomodo dicimus, Ego; nam ipsum Tu, non plene finitam est, nisi in personam duxeris digitum. Sic ergo hæc minus quam finita dicenda sunt. Habent enim quamdam designationem non plenæ significationis, quomodo ego: ut puta pone esse turbam, tamen non sic, tu, significanter dicitur in turba, quomodo de turba cum unus dixerit, Ego: sed ut de multis unum significemus quem quærimus, aut nomen addimus, aut digitum intendimus, ut appareat certius quem vocamus. Ergo, tu, ille, et iste, et alia quæ

quasi possunt ex parte aliqua definire personam, minus quam finita vocanda sunt.

CAPUT X. — De declinatione pronominum I, II et III personarum.

Prima persona dicitur ego: tam in singulari numero quam in plurali cum dicimus, Nos, non habet vocativum casum: quia nemo vocat se, o ego, o nos. Ergo sic declinatur singulari numero: N. ego, G. mei, D. mihi, A. me, A. a me: et pluraliter, N. nos, G. nostrum, D. nobis, A. nos, A. a nobis. Vocativum enim, ut dixi, non habet, tam in singulari quam in plurali. Nominativo tu, G. tui, D. tibi, A. te, V. o tu, A. a te: et pluraliter, N. vos, G. vestrum, D. vobis, A. vos, V. o vos, A. a vobis. Sane prima persona et secunda, id est, ego et tu, generis omnis est: nam et vir dicit ego, et femina ego, et mancipium ego. Sic tu: et viro dicimus tu, et feminæ, et mancipio: sic in plurali generis omnis est, ut nos, vos. Ex tertia persona hæc est declinatio masculino genere numero singulari: N. illi, G. illius, D. ille, A. illum, V. o ille, A. ab illo: et pluraliter, N. illi, G. illorum, D. illis, A. illos, V. o illi, A. ab illis. Genere feminino, N. illæ, G. illius, D. illi, A. illam, V. illa, A. ab illa: et pluraliter, N. illæ, G. illarum, D. illis, A. illas, V. o illæ, A. ab illis. Genere neutro numero singulari, N. illud, G. illius, D. illi, A. illud, V. o illud, A. ab illo: et pluraliter, N. illa, G. illorum, D. illis, A. illa, V. o illa, A. ab illis. Iste, similiter et ipse, ad formam superiorem declinabis, tam ad genera quam etiam ad numeros. Sane quæstio est in hoc pronome ipse, quare cum istud et illud in genere neutro dicimus, dicamus ipsum, ut ait Virgilius. *Atque ipsum corpus amici* (*Æneid. lib. 1, v. 490*): non dixit, ipsud. Sed hæc quæstio solvitur hoc modo: Antiqui enim magis ipse dicebant in nominativo singulari generis masculini quam ipse. Hanc antiquitatis rationem attendentes artis scriptores, pronomen hoc ad formam nominis transtulerunt: ut quomodo in nomine justus, justa, justum dicimus, et perfectus perfecta, perfectum; sic et hoc pronuntiabitur pronomen, ipse, ipsa, ipsum: non ipsud, quomodo istud et illud.

CAPUT XI. — De declinatione infinitorum.

Nominativo quis, G. cujus, D. cui, A. quem, V. o qui, A. a quo: et pluraliter, N. qui, G. quorum, D. quis vel quibus (ut Virgilius, *Quis ante ora patrum* (*Ibid. 99*), A. quos, V. o qui, A. a quibus. Feminino genere, N. quæ, G. cujus, D. cui, A. quam, V. o quæ, A. a qua: et pluraliter, N. quæ, G. quarum, D. quis, A. quas, V. o quæ, A. a quibus. Genere neutro, N. quod, G. cujus, D. cui, A. quod, O quod, A. a quo, et pluraliter, N. quæ, G. quorum, D. quis (sed jam secundum usum quibus dicimus), A. quæ, V. o quæ, A. quibus. Antiqui quis genere communi dixerunt, N. hic et hæc quis, G. hujus quis, D. huic qui, A. hunc et hanc quem, V. o quis, A. ab hoc et ab hac qui. Inde venit ablativus exiens in bus. A quis autem ablativus pluralis ab ablativo venit qui exit in o, quomodo in regula ablativus cum exierit in o, dativum pluralem in is mittit, ut a justo justis, a docto doctis, a perfecto perfectis, a fortunato fortunatis. Ergo ut superius dixi, antiqui hic et hæc quis dixerunt, et quomodo in nominibus hic et hæc similis, hic et hæc agilis, hic et hæc facilis: sic in pronomibus, hic et hæc quis, ab hoc et ab hac qui. Inde Virgilius cum de sociâ Camillæ diceret, ait: *Quicum partiri curas* (*Æneid. lib. 11, v. 822*): id est, cum qua partiri curas. Item sunt alia infinita quæ interrogativa, et declinantur: Nominativo, uter, G. utrius, D. utri, A. utrum, V. o uter, A. ab utro: et pluraliter, N. utri, G. utrorum, D. utris, A. utros, V. o utri, A. ab utris. Inde addita in compositione que syllaba, facit uterque, et significat ambos: et tamen singulari sono est, sed significatione duali. Nam cum dixit Virgilius,

Constitit in digitos extemplo arrectus uterque;
(*Id. lib. 5, v. 426.*)

duo significati sunt, cum dixerit *uterque*: cum autem

arrectus, noluit expectari pluralitatem, ut sit in plurali utriusque. Sed hoc interest, quia uterque licet duo significet, tamen solum duo: utriusque autem duo significat, sed sic ut in singulari multi sint: si dicas utriusque exercitus, quo significo, sed sic in singulari turbam intelligi volo. Hæc quidem distincta sunt, sed item auctoritate confusa sunt. Nam cum ait Virgilius, *Super utraque quassat tempora* (*Ibid., v. 855*), confudit: dicere enim debuit, super utrumque tempus: loquebatur enim de duobus temporibus tantum, cui utrumque tempus sufficiebat accusativus; ut diceret, utrumque quassat tempus. Ergo ut declinavimus masculinum pronomen, sic femininum declinabimus, utra mulier, utrius mulieris, utri mulieri, utram mulierem, o utra mulier, ab hac utra muliere: et pluraliter, N. utræ mulieres, G. utrarum mulierum, D. utris mulieribus, A. utras mulieres, V. o utræ mulieres, A. ab his utris mulieribus. Sic neutro utrum mancipium, utrius mancipii, utri mancipio, utrum mancipium, o utrum mancipium, ab hoc utro mancipio: et pluraliter, N. utra mancipia, utrorum mancipiorum, utris mancipiis, utra mancipia, o utra mancipia, ab his utris mancipiis. Sic declinabimus ejus contrarium quod est neuter. Masculino neuter, feminino neutra, neutro genere hoc neutrum mancipium. Unde usus jam arripuit ut dicamus generis neutri, cum dicere debeamus neutrius, quomodo utrius. Addita conjunctione que syllaba, declinatur pronomen ipsum ad regulam supradictam. In masculinis, uterque; in femininis, utraque; in neutris utrumque. Sic pluraliter: in masculinis, utriusque; in femininis, utrarumque; in neutris utraque mancipia. Est et aliud pronomen, ullus, ullius, ulli, ullum, o ullus, ab ullo: pluraliter ulli, ullorum, ullis, ullos, o ulli, ab ullis. Femininum ulla, ullius, ulli, ullam, o ulla, ab ulla: pluraliter ullæ, ullarum, ullis, ullas, o ullæ, ab ullis. Neutrum ullum, ullius, ulli, ullum, o ullum, ab ullo: sic pluraliter ulla, ullorum, ullis, ulla, o ulla, ab ullis. Ad hanc formam declinabis et nullus, nulla, nullum: sic alius, hujus alius, huic alii: sic alter, hujus alterius, huic alteri: sic totus, hujus totius, huic toti: sic solus, hujus solius, huic soli: sic unus, hujus unus, huic uni: unde Virgilius,

Forsitan huic uni potui succumbere culpæ.
(*Id. lib. 4, v. 19.*)

CAPUT XII. — Pronomina qualitatis.

Sunt et qualitatis pronomina, hic et hæc qualis, hujus qualis, genere communia: a genere autem neutro, hoc quale, hujus qualis: pluraliter hæc qualia, horum qualium. Sunt et quantitatis, ut quantus, tantus; quanti, tanti: declinantur ut justus justus. A feminino, ut quanta, tanta, declinantur ut justa. A neutro, quantum, tantum, declinantur ut justum. Item pronomen a masculino, quotus totus: a feminino quota tota: a neutro, quotum, totum. Pluraliter a masculino, quoti, toti: a feminino, quotæ, totæ: a neutro, quota jugera, quotorum jugerum. Sunt relativa quæ ad interrogantem referuntur, ut quis est? respondetur, is est: et declinantur a masculino, is, ejus, ei, eum, o is, ab eo: pluraliter ii, eorum, eis, eos, o ei, ab eis. Ab feminino, ea, ejus, ei, eam, o ea, ab ea. A neutro, id, ejus, ei, id, o id, ab eo. Ergo cum loquimur de itinere, per id iter, dicendum est: non, per eum iter: quia eum, in accusativo casu, masculini generis est: plurali, ea itinera, ab eis itineribus. Item per id nostrum, per id tectum, per id caput: non per eum, nisi in genere masculino tantum.

CAPUT XIII. — De verbo.

Verba quatuor modis accipimus: primo modo, cum verba pro fallaciis accipimus, cum dicimus, verba illi dedit, fefellit eum: unde Terentius dixit, *Verba dare difficile est* (*And. act. 1, scen. 3, v. 6*). Secundo modo, verba pro oratione dicimus, verba fecisse Ciceronem in curia. Tertio modo, verba dicimus pro vulgaribus sententiis quæ proverbialia dicuntur, ut Terentius dixit:

Verum illud verbum vulgo est quod dici solet.
(*Terent., And. act. 2, scen. 5, v. 15*).

Quarto modo, verba dicimus hæc quæ decurrimus cum temporibus et personis, ut clamo, clamas, clamat. Hic et personæ sunt tres, ut clamo ego, clamas tu, clamat ille; et tempus est præsens. Deinde pluraliter, clamamus nos, clamatis vos, clamant illi. Tempore præterito imperfecto, clamabam ego, clamabas tu, clamabat ille: et pluraliter, clamabamus nos, clamabatis vos, clamabant illi. Tempore præterito perfecto, numero singulari, clamavi ego, clamavisti tu, clamavit ille. Tempore præterito plusquam perfecto, ubi significamus non solum non aliquid fecisse, sed etiam dudum, et dicimus numero singulari, clamaveram ego, clamaveras tu, clamaverat ille: et pluraliter, clamaveramus nos, clamaveratis vos, clamaverant illi. Tempore futuro numero singulari, clamabo ego, clamabis tu, clamabit ille: clamabimus nos, clamabitis vos, clamabunt illi. Hucusque modo indicativo totum hoc quod diximus indicantis est. Ideo dicitur imperativus, quia sonum habet imperandi. Sed iste modus non habet primam personam, quia nemo sibi imperat, sed ad secundam loquitur personam et tertiam. Numero singulari, ad secundam clama, et ad tertiam clamet: et pluraliter, ad secundam clamate, ad tertiam clament. Futuro tempore, ad secundam clamato, ad tertiam similiter clamato. Sed quare similiter facit in secunda et tertia, est ratio: sed nunc prætermittenda est. Et ne ad alia transeamus, redeamus ad rem pluralem. Ad secundam personam clamate, ad tertiam clamant. Sic autem optativum dicimus, quia optantis modo loquitur: prima persona tempore præsentis, utinam clamarem, ad secundam utinam clamares, ad tertiam utinam clamaret: et pluraliter ad primam personam, utinam clamaremus, ad secundam utinam clamaretis, ad tertiam utinam clamarent. Præterito tempore, ad primam personam, utinam clamassem ego, ad secundam utinam clamasses tu, ad tertiam utinam clamasset ille: et pluraliter, utinam clamassemus nos, utinam clamassetis vos, utinam clamassent illi. Futuro tempore, prima persona, utinam clamem ego, utinam clames tu, utinam clamet ille: et pluraliter, utinam clamemus, clametis, clament. Ideo autem subjunctivus dicitur, quia eget aliqua re, ut impleat sententiam suam, ut puta cum clamem, clames, clamet; pendet hic sensus, indigetque aliqua re, ut sententia compleatur: ac si dicam, cum clamem, quare me tacere dicis? Ideo ergo conjunctivus modus dictus est, quia ei conjungitur aliquid, ut sententia locutionis plena sit. Ergo declinemus hunc modum ut superiores. Declinatur autem per personas tres: prima persona præsentis temporis cum clamem, secunda persona cum clames, tertia cum clamet: et pluraliter prima persona cum clamemus, secunda cum clametis, tertia cum clament. Præterito tempore imperfecto, prima persona cum clamarem, secunda cum clamares, tertia cum clamaret: et pluraliter prima persona cum clamaremus, secunda cum clamaretis, tertia cum clamarent. Tempore præterito perfecto, prima persona cum clamaverim, cum clamaveris, cum clamaverit: et pluraliter prima persona cum clamaverimus, cum clamaveritis, cum clamaverint. Tempore plusquam perfecto, prima persona cum clamavissem, cum clamavisses, cum clamavisset: et pluraliter prima persona cum clamavissemus, cum clamavissetis, cum clamavissent. Tempore futuro, prima persona cum clamavero, cum clamaveris, cum clamaverit: et pluraliter prima persona cum clamaverimus, cum clamaveritis, cum clamaverint. Infinitivus dicitur hic modus, quia superiores definiunt personas, primam secundam et tertiam; hic autem modus sine personis est, et habet solum tempus præfinitum, præsens, præteritum et futurum: ut puta clamare, præsens est: clamasses, præteritum: clamatum ire, futurum. Ecce vides designare tantum tempora, non personas. Clamare enim, et clamasse, et clamatum ire, nescitur

persona, nisi velis jungere et dicere, clamare debet ille: tunc quasi fit finitum. Si autem non subjungas ille vel ipse vel iste, fit ut dicitur infinitivus modus: nam et numero singulari vel plurali infinitus est. Cum enim dico, clamare, clamasse, nec finitum est utrum de uno an de duobus dicam. Isti ergo sunt modi per quos omnia verba cursantur.

CAPUT XIV. — De prima conjugatione.

Jam ad formam unius verbi quod currimus, percurramus cætera verba: similiter clamo clamas clamat, amo amas amat, canto cantas cantat, pulso pulsas pulsat, freno frenas frenat, armo armas armat, impugno impugnas impugnat, capto captas captat, paro paras parat, separo separas separat, accuso accusas accusat, mando mandas mandat, gravo gravas gravat, lavo lavas lavat, genero generas generat, creo creas creat, ligo ligas ligat, alligo alligas alligat, sanctifico sanctificas sanctificat, cito citas citat, vulnero vulneras vulnerat, macero maceras macerat, lacerio laceras lacerat, aro aras arat, calco calcas calcat, lanio lanias laniat, memoro memoras memorat, calceo calceas calceat, investigo investigas investigat, vallo vallas vallat, domo domas domat, circumvallo circumvallas circumvallat, curvo curvas curvat, medico medicas medicat, consulto consultas consultat, intimo intimas intimat, insinuo insinuas insinuat, frequento frequentas frequentat, celebros celebros celebrat, ministro ministras ministrat, palpo palpas palpat, sono sonas sonat, socio socias sociat, muto mutas mutat, postulo postulas postulat, quasso quassas quassat, eviscero evisceras eviscerat, denso densas densat, enervo enervas enervat, verbero verberas verberat, macto mactas mactat, fugo fugas fugat, elimino eliminat, cælo cælas cælat, signo signas signat, ventilo ventilas ventilat, contristo contristas contristat, sereno serenas serenat, et talia. Istis omnibus adjicitur r littera, et fiunt passiva, ut clamor clamaris clamatur, amor amaris amatur, pulsor pulsaris pulsatur, secor secaris secatur, curor curaris curatur. Sic omnia percurreris per illos modos quos superius diximus, indicativum, imperativum, optativum, conjunctivum, infinitivum. Sane ex hoc sono quo verba activa ordinavimus, id est quo nos agere aliquid significavimus, sunt similes soni, sed ad verba pertinent neutralia. Sed ne te commoveat quare dicuntur neutralia, hæc ratio est, quia neque agunt aliquid neque patiuntur, ut est sto, jaceo, cubo, sedeo. Hæc in nulla actione, in nulla passione sunt. Alia neutralia abusu dicta, quæ habent actionem, sed passionem nullam: ut certo, habet actionem, sed non dicimus certor, ut curro. Ex quo sono multa sunt, quæ cum in o exeunt, or non admittunt, ut hæc verba, pugno pugnans pugnat, bello bellas bellat, cæno cænas cænat, nato natas natat, ambulo ambulas ambulat, navigo navigas navigat, comæo comæas comæat, æstuo æstuas æstuat, regno regnas regnat, gelo gelas gelat, dico dicas dicat, exsulo exsulas exsulat, sacrifico sacrificas sacrificat, cachinno cachinnas cachinnat. Hæc omnia primæ conjugationis sunt, quæ secundam personam horum omnium verborum in as syllabam mittunt, ut amo amas, canto cantas, pulso pulsas, freno frenas, armo armas, impugno impugnas, salto saltas, curvo curvas, pugno pugnans. Ergo audisti primam conjugationem, scire debes secundam verbi personam per as syllabam exire. Nam inde dicitur conjugatio, quod sibi ad unum sonum multa conjugat. Hæc conjugationes Græci *συντάξις* dicunt. Sic et similia omnia hæc inventa percurreris.

CAPUT XV. — De secunda conjugatione.

Secunda autem conjugatio est quæ in secunda similiter persona quæritur, et exit per es, teneo tenes, præbeo præbes, moneo mones, doleo doles, tergeo terges, arceo arces, egeo eges, terreo terres, mulceo mulces, impleo imples, compleo complēs, repleo replet, suppleo supplet, mordeo mordes, spondeo spondes, et talia. Et adjicitur r littera, et fiunt passiva

teneor teneris, mordeor morderis, arceor arceris, mulceor mulceris, impleor impleris, Declinabis hæc passiva per modos et tempora et personas. Per modos, ut dixi, indicativum, imperativum, optativum, conjunctivum, infinitivum, hoc est quod dixi per modos. Per tempora autem, id est præterita, præsentia vel futura. Personas autem dixi, prima, secunda et tertia, ut teneor teneris tenetur; et pluraliter tenemur tenemini tenentur. Hæc sicut dixi, observabis. Sed quomodo ut superius dixi, prima conjugatio quæ exit in as, ut amo amas, capit et verba neutralia, ut certo certas, nato natas, in quibus r littera non admittitur; nec enim dicimus certor, nator: sic in hac conjugatione secunda, quæ exit in eo, es, ut moneo mones, doceo doces, sunt multa, quæ non admittunt r litteram in prima persona, ut algeo alges, scateo scates; algeor enim non est latinum: sic ferveo ferves, torpeo torpes, pendeo pendes, invideo invides: quamvis Horatius poeta *invideor* dixerit (*In Arte Poetica*, v. 56), sed nova usurpatione: sic emineo emines, nec dicimus emineor. Hæc duæ conjugationes prima et secunda, quas diximus exire in as et in es, ut amo amas, moneo mones, futurum semper tempus in bo syllabam mittunt, ut amabo, monebo.

CAPUT XVI. — *De tertia et quarta conjugatione.*

Sic servabis ubicumque futurum tempus in bo syllabam mittas, quia sunt aliæ duæ conjugationes, quæ futurum tempus in am syllabam mittant, non in bo, et vocantur ipsæ conjugationes tertia correpta et tertia producta. Tertia correpta est, quæ imperativum modum in e correptam mittit, ut scribe, tolle, carpe, occide, sere, lege. Ergo vidisti imperativum sic exire. Tertia itaque conjugatio est correpta, quæ semper futurum tempus in am mittit, nunquam in bo, ut scribam, legam, tollam, carpam: quia latinum non est, si dixerit quis, scribebo, legebo, tollebo, carpebo. Tertia similiter conjugatio producta ex eodem imperativo modo colligitur. Cum enim imperativus modus exit in i litteram, tertia conjugatio producta est, ut audi, nutri, senti, muni, sarci, leni, et talia. Similiter etiam hæc futurum tempus in am mittunt, ut muniam, leniam, nutriam, audiam. Sed tertia correpta in infinito modo e correptam habet ante novissimam syllabam, ut scribere, legere, tollere, et talia: tertia autem producta habet in antenovissima syllaba in infinito i, quæ producitur, ut munire, lenire, audire, sarcire, sentire, venire. Unde in omnibus verbis hæc conjugationes observantur, quæ exeunt in as et in es, futurum tempus in bo mittunt, ut sæpius dixi. Quæ autem in is exeunt, futurum tempus in am mittunt, nunquam in bo, nisi auctoritate præsumpta: nam ars hoc prohibet. Sed aliqua verba ponimus tertiæ conjugationis correptæ, ex quibus et alia consequaris. Sunt autem hæc: lego, tollo, erigo, carpo, cognosco, capio, fugio, mergo, sero, arguo, accipio, pono, sumo, accendo, expono, incipio. Hæc accipiunt r litteram, et faciunt passiva verba legor, carpor, capior, etc. Sub hac forma sunt neutralia, quæ non accipiunt r litteram, ut cado: non enim dicimus cador. Item ruo, neque enim dicimus ruor: facio, neque enim dicimus facior. Item fulgesco, nitesco, fervesco, algesco, torpesco, compesco, nigresco. Hæc omnia r litteram non habent, et dicuntur verba neutralia quæ exeunt in sco. Ergo neutralia memineris semper, nunquam admittere r litteram.

CAPUT XVII. — *De verbo communi unde dicatur, et de conjugatione ejusdem.*

Remanent duo alia verba quæ communia dicuntur et deponentia. Sed communia ideo dicuntur, quia communiter simul tenent sub uno sono activum et passivum. Quomodo in nominibus genus commune dicitur quod et masculinum tenet et femininum sub uno sono, ut sacerdos, homo, hic et hæc sacerdos facit, hic et hæc homo; sic et verba communia dicuntur: et nunquam deponunt r litteram, ne non sint latina. Ut osculor, si tollas r litteram et dicas oculo, non est *latinum*. Et dicimus cum agimus, osculor te; dum au-

tem patimur et ab alio afficimur, dicimus osculor ate: sic criminor te, non crimino, cum actionem significamus, id est cum crimen objicimus, criminor te dicimus; cum autem crimen nobis objicitur, criminor a te dicimus, id est crimen a te audio, et est significatio passiva. Declinantur autem verba hæc ut superiora per modos, tempora et personas. Tempora præsentis singulariter criminor criminariis criminatur, et pluraliter criminamur criminamini criminantur. Præterito imperfecto singulariter criminabar criminabaris criminabatur, et pluraliter criminabamur criminabamini criminabantur. Præterito perfecto singulariter criminatus sum, criminatus es, criminatus est: et pluraliter criminati sumus, criminati estis, criminati sunt. Præterito plusquam perfecto singulariter criminatus eram, eras, erat: et pluraliter criminati eramus, eratis, erant. Futuro singulariter criminabor criminaberis criminabitur: et pluraliter criminabimur criminabimini criminabuntur. Imperativus autem modus semper in verbis in re exit, ut dicas criminare illum, id est crimen illiingere. Optativo modo sic, utinam criminarer criminareris criminaretur: et pluraliter utinam criminaremur criminaremini criminarentur. Præterito perfecto singulariter utinam criminatus essem, criminatus esses, criminatus esset: et pluraliter criminati essemus, criminati essetis, criminati essent. Futuro singulariter utinam criminer crimineris criminetur: et pluraliter criminemur criminemini crimentur. Conjunctivo modo singulariter cum criminer crimineris criminetur. Præterito imperfecto singulariter cum criminarer criminareris criminaretur. Præterito perfecto singulariter cum criminatus sim, criminatus sis, criminatus sit: et pluraliter criminati simus, criminati sitis, criminati sint. Præterito plusquam perfecto singulariter cum criminatus essem, criminatus esses, criminatus esset: et pluraliter criminati essemus, criminati essetis, criminati essent. Tempore futuro singulariter cum criminatus ero, eris, erit: et pluraliter cum criminati erimus, eritis, erunt. Modo infinito, quem diximus nulla significare personas, facit in præsentis, criminari; in præterito, criminatum esse; in futuro, criminatum iri. Ad hanc formam communia verba declinabis sic: hortor, jaculor, osculor, nidificor, tutor, consolor, scrutor, moror, feneror amplector, et furor, unde est furor furaris furatur, comitor, recordor, reminiscor, percunctor, minor, gestor, piscor, odoror, aucupor, venor, comtemplor, specular, sector, veneror, dignor, precor, miseror, vador, id est fidedico, calumnior, et talia quæ nunquam deponunt r litteram: nam si deponunt, latina non sunt. Quis enim dicat reminisco, aut recordo, vel digno, vel secto? Ergo memineris hæc semper cum r littera enuntiare.

CAPUT XVIII. — *De verbo deponenti.*

Restat verbum deponens, quod ideo dicitur, quia deponit aliquid de quantitate communis verbi. Nam cum participia quatuor habeat verbum commune: præsens, ut criminans; futurum, criminaturus; præteritum, criminatus; futurum, criminandus: a passiva significatione criminandus, hoc non habet verbum deponens. Et ideo dicitur deponens, quia deponit unum participium futuri temporis a verbo passivo, quod exit in dus syllabam, ut puta opinor vel minor verba sunt deponentia. Venit a participio præsentis temporis, et facit minans, futuro tempore facit minaturus, præterito facit minatus. Futuro a significatione passivo facit minandus: sic opinans opinaturus opinatus opinandus non facit: vel si dicas moriens moriturus mortuus, non facit moriendus, quia non est latinum. Ergo et hoc deponens verbum sic percurrit per modos et tempora et personas. Quomodo supra dictum est, commune verbum non deposita r littera latinum est, deposita autem latinum non est; sic etiam deponentia cum perdiderint r litteram, latina non sunt. Subjicio itaque nunc pauca verba deponentia, cætera usus latinus docebit. Sunt autem: opinor, minor, grator, gratulor, arbitror, gratificor, auspico, misereor, lenoci-

nor, meditor, luctor, conor, suffragor, vescor, lætor, morior, stomachor, hariolor, lezor, id est colore pingor, argutor, paciscor, complector, adversor, angor, queror, a significatione querelæ, macior, ratiocinor, argumentor, blandior, fabulor, nitor, labor a significatione lapsus, vagor, rusticor, concionor, id est ad populum loquor, mercor, vociferor, nanciscor, quod est invenio, suspicor, et alia. Memineris, ut jam dixi, cum r littera enuntiare: nam nemo dicit blandio, aut pacisco. Sic hæc omnia declinantur ad formam declinationis communis verbis quod dixi crimior.

CAPUT XIX. — *De neutro-passivis et impersonalibus.*

Tractavimus ergo verba activa, quæ ideo dicuntur ab agendo: tractavimus neutralia, quæ ideo tale nomen accipiunt, quod nec agunt aliquid, nec patiuntur; ut diximus, sto, jaceo, sedeo, cubo, et alia. Tractavimus etiam alia neutralia, quæ agunt aliquid, sed non patiuntur, et quasi semineutralia dicuntur: ut nato, curro. Alia quæ patiantur, et non agant: ut vapulo, pendeo, sudo, algeo, æstuo, ferreo, febrius, somnio, meridius, rigeo, frigeo, tumeo, langueo, oleo, rubeo, fulgeo, stupeo, et alia. Hæc omnia tam in iis, quæ nequaquam aliquid agunt, nec patiuntur, quam etiam in iis quæ agunt, nec patiuntur, quamque in iis quæ patiuntur aliquid, nec tamen agunt, nunquam adjicitur in his littera r, nam incipiunt non esse latina. Tractavimus item communia, exposuimus unde communia dicuntur, quia actionem in se tenent, et passionem. Tractavimus deponentia, et exposuimus quare dicantur deponentia, quia deponunt futuri temporis participium a significatione passiva, quod exit in dus, quia moriendus, gloriandus, blandiendus, et alia quæ veniunt a deponentibus verbis, non dicimus. Sane artium scriptores adjecerunt aliam verbi speciem, quam vocaverunt neutro passivam, sed hoc novellum genus verbi euphonia invenit, et in paucis est verbis, ut gaudeo. Quoniam durum erat ut dicere-mus præterito tempore gavisus, mutaverunt illi sonum de præterito tempore passivi verbi, gaudeo gavisus sum, sic audeo ausus sum, soleo solitus sum, sic fido fisis sum. Sed hujus novi generis perpauca. Sunt et alia quædam pauca verba, quæ impersonalia dicuntur, et exeunt per syllabas, et tur: Pudet, tædet, decet, libet, pœnitet, patet, piget, miseret, liquet: et inde dicuntur impersonalia, quia carent personis duabus, prima et secunda, et solam habent tertiam personam. Nam nec pudeo pudes dicimus, nec deceo deces, nec libeo libes, nec pigeo piges, nec misereo miseres, nec pœniteo pœnites, nec pateo pates, nec liqueo liques. Scias autem patet et liquet hoc significare, quod dicimus, manifestum est. Ut si dicas, Et si patet te hoc dixisse, injuriam fecisti: hoc significat et liquet, id est manifestum est. Tædet autem tædium esse significat, quomodo piget, quasi pigritiam significat. Nam cum dicimus, piget me fecisse; hoc est dicere, non surgit meus animus probare quod feci. Hæc autem omnia verba sic declinantur: Pudet me, piget me, miseret me, pœnitet me. Præter hæc, libet et licet, patet et liquet. His enim dativum jungimus casum, ut libet mihi (a), licet mihi, patet mihi, liquet mihi. Altera vero species quæ in tur exit, et ipsa impersonalium verborum est, ut itur, curritur, certatur, pugnatur: primam et secundam personam non habent: nam nec eor iris, nec curror currens, nec pugnor pugnaris, nec certor certaris dicitur. Et declinantur hæc verba, itur a me, a te, ab illo: pugnatur a me, a te, ab illo. Sic in præterito imperfecto ibatur a me, a te, ab illo: pugnabatur a me, a te, ab illo: certabatur a me, a te, ab illo. Sic in præterito perfecto, itum est a me, a te, ab illo: cursum est a me, a te, ab illo: pugnatum est a me, a te, ab illo: certatum est a me, a te, ab illo. Sic in præterito plusquam perfecto itum erat a me, a te, ab illo: cursum erat a me, a te, ab illo: pugnatum erat a me, a te, ab illo: certatum erat a me, a te, ab illo. Sic in futuro tempore ibitur a me, a te, ab illo: curretur a me, a te, ab illo: pugnabi-

(a) At Augustinus passim jungit accusativum.

tur a me, a te, ab illo: certabitur a me, a te, ab illo: sic plurale a nobis, a vobis, ab illis. Imperativo modo, eatur a me, a te, ab illo; a nobis, a vobis, ab illis. Modo optativo, utinam iretur a me, a te, ab illo; a nobis, a vobis, ab illis. Præterito perfecto et plusquam perfecto, utinam itum esset a me, a te, ab illo: et pluraliter a nobis, a vobis, ab illis. Futuro tempore, utinam eatura me, a te, ab illo: pluraliter a nobis, a vobis, ab illis. Modo conjunctivo tempore præsentis, cum curratur a me, a te, ab illo: et pluraliter a nobis, a vobis, ab illis. Præterito imperfecto, cum curre-retur a me, a te, ab illo: pluraliter a nobis, a vobis, ab illis. Præterito perfecto, cum cursum sit a me, a te, ab illo: pluraliter a nobis, a vobis, ab illis. Præterito plusquam perfecto, cum cursum esset a me, a te, ab illo: pluraliter a nobis, a vobis, ab illis. Futuro, cum cursum erit a me, a te, ab illo: pluraliter a nobis, a vobis, ab illis. Modo infinito, curri debet a me, a te, ab illo: et pluraliter a nobis, a vobis, ab illis. Præterito tempore, cursum esse debuit a me, a te, ab illo: et pluraliter a nobis, a vobis, ab illis. Tempore futuro, cursum iri debet a me, a te, ab illo: et pluraliter a nobis, a vobis, ab illis.

CAPUT XX. — *De inchoativis, frequentativis, et desiderativis verbis*

Sunt alia verba, quæ inchoativa dicuntur, et ex subita affectione nascuntur, et exeunt in sco syllabam, ut ardeo ardesco, caleo calesco, candeo candesco, labo labasco, tepeo tepesco, ferreo fervesco, vireo viresco, algeo algesco, dormio dormisco, et reliqua. Hæc omnia præteritum non habent: nam potest calui et fervi facere, et non calesco vel fervesco caluifeci; vel ferivifeci: sed a ferreo fervi, a caleo calui, nam calescui, fervescui et virescui latina non sunt. Et ideo dicuntur inchoativa præteritum tempus non habere: quia quæ inchoamus, adhuc perfecta non sunt. Et omnia hæc quæ dixi in sco exire, semper neutralia sunt, nec accipiunt r litteram, et ideo admonui esse neutralia. Nec te conturbent quædam verba in sco exeuntia, et tamen admittere præteritum tempus, ut obliviscor oblitus sum, paciscor pactus sum, adipiscor adeptus sum: etiam hæc dum neutralia sunt, in quibus diximus præterita tempora cessare. Præterea alia quæ frequentativa dicuntur, quibus aliquid frequentius factum significatur, ut a dicto dictito, a lego lectito, a scribo scriptito, a clamo clamito, a cio cito, quod significat frequenter vocito, unde nunc aliquos voce præconis citatos dicimus, id est frequenter vocatos, et alia. Sunt et alia perpauca, quæ desiderativa dicuntur, ut esurio, id est edere desidero; parturio, parere desidero; et ut dictum est a Cicerone de philosophis, morituriunt, mori desiderant. Sed hæc, ut dixi, pauca sunt, quæ in sonum latinitatis introducta sunt.

CAPUT XXI. — *De adverbio.*

Adverbium ideo dictum est, quia adhæret verbo: nec potest verbi vis significantius sonare, nisi jungatur adverbium: ut puta verbum est dico, navigo, valeo, curro, et alia: hæc non plenæ significationis sunt, nisi adjiciantur adverbium, ut bene, male, docte, feliciter: ut bene dicit, imperite dicit, prospere navigat, infeliciter navigat, integre valet, debiliter valet, agiler currit, tardius currit. Vides quia plena verborum significatio esse non potest, nisi fuerint adverbium conjuncta. Sic alia adverbium junguntur ad explendam verbi significationem, ut sunt locorum adverbium, temporum adverbium: ut hic dico, hic habito, intro eo, intus sum, foras eo, foris sum, hinc navigo. Sic de tempore: cras navigo, hodie navigo: et alia, quæ aliis artibus dicta sunt, et intellectu plana sunt, ideo hic ponere nolui, quia ad dicendi fastidium, brevis opportuna est. Sane in adverbium hæc observare debemus, quando in e exeunt, quando in ter syllabam, hoc ablativus casus docet. Nam quando ablativus exit in o, adverbium in e mittit ut a docto docte, a justo juste, a perfecto perfecte, a pio pie, a valido valide, a fortunato fortunate, a magno magne,

ab amplo ample, a minimo minime, et alia. Quando autem in tersyllabam exit adverbium, similiter, ut dixi, ablativus decet: ab agili agiliter, ab humili humiliter, ab acri acriter, a forti fortiter, a levi leviter, a gravi graviter, a jugi jugiter. Sed sunt quædam quæ cum aspere sonarent, dimissa sunt, nec ab hanc regulam tractanda sunt, ut a miti mititer non dicimus, a tristi tristiter non dicimus. Talia ne aspere sonarent, perdidit ultimam syllabam, ut a sapienti sapienter, non sapientiter, a prudenti prudenter, non prudentiter, a præstanti præstanter, non præstantiter. Sic ergo observemus, ut nec euphoniæ applicemus ad regulam, aut euphoniæ rejiciamus. Nam euphonia, id est suavitas bene sonandi admissa est ad latinum sermonem, ut aspera temperet: et ab arte ex arte ratione recessum est, ubi asperitas offendeat auditum. Sic Cicero ait: Impetratum est a ratione, ut peccare suavitas causa liceret. Sed tamen in paucis admissa euphonia est. Nam ratio locuples est et viris latinissimis. Sane circa has regulas auctoritas ausa est, et in paucis præsumpsit, ut diceret Cicero, humaniter, cum humane dicere debuit: et Terentius, *Vitam parce ac duriter agebat* (*In Andria, act. 1, scen. 1, v. 47*), pro dure: Sed tamen ipsi auctores modestius et cum quodam pudore contra regulam pauca præsumpserunt. Nam et falso dixerunt pro false, et necessario pro necessarie, et sedulo pro sedule, et raro pro rare, et crebro pro crebre, et tuto pro tute: sic et alia, tamen pauca, non licenter, sed verecunde sunt usurpata. Sane sunt adverbia et per alias syllabas exeuntia, ut a fundo funditur a cælo cœlitus, a radice radicitus, a penetralibus locis penitus, a stirpe stirpus. Item in im, ut a vico vicatim, ab ostio ostiatim, a viris viritim. Item a nimio nimis; ut, Ne quid nimis. Exeunt in ens, ut recens, id est recenti tempore, Virgilius; *Sole recens orto* (*Georg. lib. 3, v. 156*): id est recenti tempore. Ergo hæc omnia adverbia sunt sine differentia. Item inter intro et intus hoc interest, intro in motu est, intus in situ: ut intro eo, intus sum. Est enim motus, eo: sum, situs est. Est etiam quædam obscuritas in abverbiis, de secundo, tertio, quarto, quinto, sexto: et secundum tertium, quartum, quintum, sextum: ut puta secundo factus est consul, et secundum factus fuit consul. Secundo autem pertinet ad ordinem, secundum ad numerum: ut puta cum dico, Secundo factus est consul; pertinet, ut dixi, ad ordinem, quod primo alter factus sit, et sic alter secundo. Cum autem dicimus secundum consul, vel tertium, vel quartum, vel quintum, vel sextum, ad numerum pertinet quod sexies fuerit consul. Inde Cicero de Mario sic ait: Sextum consul, id est qui sex consulatus meruit, et septimum consul quod est, septimum consulatum meruit. Hoc Varro distinxit in libris Numerorum. Et cætera jam plana sunt in abverbiis, et ex quibusvis artibus intellectu facilia.

CAPUT XXII. — *Item de adverbio.*

Adverbium est pars orationis, quæ adjecta verbo significationem ejus explanat atque implet: ut scribo bene, lego optime. Adverbio accidunt significatio, figura, gradus. Adverbia aut a se nascuntur, ut heri, nuper; aut ab aliis transeunt, ut docte, sapienter, ab eo quod est doctus et sapiens. Adverbiorum significationes sunt multæ. Sunt enim aut temporis, ut heri, nuper; aut personæ, ut mecum, tecum; aut loci, ut hic, isthic. Et adverbia localia interrogativa, ut unde, ubi, qua. Responsiva, illinc, hinc, illo. Sunt duplicis formæ, ut intus intra, foris foras. Quorum observatio talis est, foris et intus in loco, ut intus est, intus fuit, futurus est; intus erat, futurus erat; foris erat, fuerat, futurus erat. De loco, intus venio, foris venio. Foras autem et intro ad locum significant, ut foras eo, foras venio; intro eo, intro venio; foras ieram, intro ieram. Hæc quatuor modis figurantur, per locum, ad locum, in loco, e loco. Per locum, ut, *Hæc iter Elysium nobis* (*Æneid. lib. 6, v. 542*). Ad locum ut, *Huc ades, o Galatea* (*Eclog. 9, v. 39*). In loco, ut,

Hic et Narycii posuerunt mœnia Locri.
(*Æneid. lib. 3, v. 399.*)

E loco, ut,

Hinc me digressum vestris deus appulit oris.
(*Ibid. v. 715.*)

Sunt quæ pariter in loco significant et de loco, ut intus sum, intus venio. Sunt quæ in loco et in locum et e loco, ut penitus sum, eo, venio. Sunt adverbia significationem numeri habentia, ut semel, bis, ter. Demonstrationis, ut en, ecce. Affirmationis, ut quidem, quippe. Hortationis, ut eia. Interrogationis, ut cur, quare. Similitudinis, ut sic, quasi. Comparationis vel prælationis, ut magis, potius. Dubitandi, ut fortasse. Annuendi, ut plane, sane. Discretionis, ut seorsum, segregatim. Optandi, ut utinam. Vocandi, ut heus. Respondendi, ut he. Derogandi, ut nequam, frustra. Jurandi, ut *Ædepol, Æcastor*. Prohibendi, ut ne. Negandi, ut non, haud, minime. Congregandi, ut una, simul. Ordinandi, ut deinde, denique. Mirandi, ut papæ. Laudandi, ut euge. Exclamandi, ut proh. Dolendi, ut heu. Eligendi, ut vah. Ingemiscendi, ut hei. Sed hæc quia animi affectum significant, a multis Interjectiones dicuntur, quod interjectionem separatam ab adverbio, et partem orationis aliquam idcirco volunt, quia adverbii proprium est, quod verbo adjungi potest. Græci autem interjectionem ab adverbio non separant: propterea quia motus animi qualitati assignant, et hæc omnia sub genere qualitatis putant adverbia. Sunt adverbia quantitatis, ut longe, late. Qualitatis, ut bene, male. Adverbia non solum ad appellationibus transeunt, hoc est a nominibus appellativis, ut a pulchro, pulchre: sed a propriis, ut Tullius, Tulliane. A pronomibus etiam, a meo, tuo, meo, tuo, tuatim: a verbis quoque, ut a curro cursim. Deprehenduntur ex utroque, ut pedetentim a pede et tento, id est a nomine simul et verbo. Sunt etiam adverbia, quæ utrum a nomine transeant, an a verbo incertum est, ut furtim. Incertum est enim an a fore, quod nomen est transeat, an a verbo furor, furaris. A participiis quidam nolunt; sed inveniuntur, ut a decente decenter.

CAPUT XXIII. — *Adverbia a nominibus tracta sex habent terminationes. Regula communis.*

A nominibus tracta adverbia sex modis terminantur: aut in e, ut docte pulchre, honeste; aut in r, ut velociter aut in im, ut ubertim, singillatim; aut in us, ut radicitus, mordicus; aut in u, ut noctu, diu; aut in i, ut domi, humi, vesperi. Adverbia qualitatis in e litteram exeuntia produci debent. Hæc tamen dissentiant quæ aut in comparativo, aut in superlativo gradu vacillant, ut bene, male; aut quæ ab appellatione non transeunt, ut impune, sæpe. Cæterum facile et difficile, quæ adverbia ponuntur, nomina sunt, ex quibus hæc nascuntur adverbia, faciliter, difficiliter: sed usus hæc quasi adverbia vindicavit. Quæcumque nomina qualitatis aut quantitatis, casu dativo singulari, o littera terminantur, adverbia in e productam mittunt: ut a justo, juste. Sed hæc veteres indifferenter posuerunt, ut humaniter, duriter. Quæ autem in i litteram terminantur, in ter syllabam mittunt: ut agili, nobili, audaci, difficili; agiliter, nobiliter, audaciter, difficiliter. Sed ex iis quædam per syncopem euphoniæ causa dicimus, ut audacter, difficulter, sapienter et constanter. Sunt adverbia communia cum aliis partibus orationis. Nominibus sunt communia, ut ait Sallustius: *Falso queritur de natura sua genus humanum* (*In Bello Jugurth.*): pro false. Virgilius, *Et pede terram crebro ferit* (*Georg. lib. 3, v. 500*): et,

Multa Jovem manibus supplex orasse supinis.
(*Æneid. lib. 4, v. 205.*)

Conjunctioni ut, quando adverbium secum est, plura significat. Similitudinem sic,

Ut quondam Creta fertur Labyrinthus in alta.
(*Id. lib. 5, v. 588.*)

Tempus sic. *Ut regem æquævum* (*Idem, lib. 2, v. 561.*), etc.

Ut vidi, ut perli; ut me malus abstulit error.
(*Eclog.* 8, v. 41.)

Qualitatem: ut,

Trojanas ut opes et lamentabile regnum.
(*Aeneid.* lib. 2, v. 4.)

Quantitatem: ut,

Quibus Hector ab oris
Expectate venis? ut te post multa tuorum
Funera....
(*Ibid.*, vv. 282, 283.)

Conjunctionem autem significat sic,

Ut faciem mutatus et ora Cupido,
Pro dulci Ascanio.
(*Id.*, lib. 1, vv. 662, 663.)

Præpositioni, ut pro. Sed figura in adverbii aut simplex est, ut docte, prudenter; aut composita, ut indocte, imprudenter. Gradus adverbii accidunt quoties appellationes unde transeunt comparantur, ut docte, doctius, doctissime. Recipiunt et diminutionem, ut meliuscule. Quanquam comparationem recipiunt et diminutionem, et quæ a se nascuntur, ut nuper, nuperrime. Adverbii omnibus præpositio separatim adjici non debet, quanquam lectum sit, ab hinc, apud Terentium,

Interea mulier quædam ab hinc triennium
(*In Andria*, act. 1, scen. 1, v. 40.)

Et apud Virgilium, *Exinde per altum mittimur Elysium* (*Aeneid.* lib. 6, vv. 743, 744). Et dehinc: ut, *Dehinc talia fatur* (*Id.* lib. 1, v. 256): et, *Deinde feraces plantæ immittuntur* (*Georg.* lib. 2, vv. 79, 80): quæ omnia, et si qua alia sunt similia, ut proinde; placuit contra regulam accentum proferri, ne separatim additæ præpositiones videantur adverbii.

CAPUT XXIV. De participiis. Regula communis.

Hæc pars orationis, et a verbo accipit partem, et a nomine: namque inde participium dicitur. Exit autem hæc pars orationis in præsentis tempore in ens et in ans syllabas, ut legens et amans. Futuro tempore in rus, ut legens lecturus, amans amaturus. In præterito lectus, amatus. Futuro legendus, amandus. Vides hanc partem orationis esse per tempora: omnia hæc a verbo mutuatur. Nam verbo conveniunt tempora. Quod autem declinatur per casus, hoc a nomine mutuatur. Nam declinatio casualis ad nomen pertinet, ut hic legens, hujus legentis, huic legenti, hunc legentem, o legens, ab hoc legente. Ergo quod hæc pars orationis, vel per tempora, vel per casus currit, participium vocatur, quod partem capiat nominis partemque verbi. Non laboriosa pars est orationis, sed intellectu facilis. Nam præsentis temporis exit in ans et in ens, ut amans, legens. Futuro agendi significatione in rus, ut amaturus, lecturus. A patiendi significatione in tus et in dus, ut amatus, legendus. Sane ipsum præteritum tempus tribus syllabis terminatur. In tus, ut lectus, scriptus; in sus, ut occisus, visus; in xus, ut fixus; plus non invenies. Ergo ut diximus, præsens in ens et in ans, futurum in rus, præteritum in tus, futurum semper in dus. Sunt sane nomina, quæ sono participia putantur, sed nomina sunt. Participia enim illa sunt, quæ a verbis veniunt, ut a lego, legens lecturus lectus legendus. Tunicatus et galeatus et clypeatus et tropæatus, nomina sunt, non participia, quia non a verbo veniunt. Est unum participium præteriti temporis in uus, quod exire debuit per unum u, non per duo. Nam ubi geminata u littera nominativus est, nomen est, non participium, ut fatuus, ingenuus, arduus, carduus, exiguus, belluus, ut Cicero dixit. In us, ut talium contra regulam participiorum, mortuus putatur esse participium, sed in vim regulamque nominis conversum est.

CAPUT XXV. — De conjunctione.

Conjunctio est pars orationis nectens ordinansque sententiam. Conjunctioni accidunt, figura, ordo, potestas. Figura est, quæ apparet figura simplex. Sed equidem ordo quoque apparet, quæ præponi tantum possit, ut nam: quæ subjungi, ut que: quæ præponi

et subjungi, ut igitur. Potestas conjunctionum in quinque species dividitur. Sunt enim copulativæ, et que, ast, at, atque. Disjunctivæ, aut, vel, ve, nec, neque, neve, an, utrum, Expletivæ, quidem, equidem, autem, tamen, porro, videlicet, proinde, denique, utque. Causales, si, etsi, tametsi, etiamsi, siquidem, quando, equidem, quin, quinetiam, sin. sinetiam, quanquam, quamvis, sinautem, seu, sive, namque, nisi, nisi si, enim, etenim, sed, ut, præterea, interea, quamobrem, quare, præsertim, item, itemque, cæterum, alioquin. Rationales, ita, itaque, enim, enimvero, quapropter, quippe, quoniam, quoniamquidem, ergo, igitur, ideo, idcirco, scilicet, præterea. Ex his, et, copulativa multa significat. Sæpe autem transit in alterius speciem potestatis. Modo in expletivam, ut

Et quæ tanta fuit Romam tibi causa videndi?
(*Eclog.* 1, v. 27.)

Pro qualitatis, et quantitatis, ut, *Timeo Danaos et dona ferentes* (*Aeneid.* lib. 2, v. 49). Et, modo pro disjunctiva, ut,

Et quisquam numen Junonis adoret
Præterea, aut supplex aris imponat honorem?
(*Id.* lib. 1, vv. 52, 53.)

Modo pro causali ponitur, ut,

Quorum Iphytus ævo
Jam gravior, Pelias et vulnere tardus Ulyssi;
(*Id.* lib. 2, vv. 435, 436.)

pro, etiam vulnere tardus. Modo pro adverbio accipitur ordinandi, ut, *Corpusque lavant frigentis et unguunt* (*Id.* lib. 6, v. 219): pro, deinde unguunt. Item, aut, conjunctio multa significat. Modo enim pro adverbio discretionis accipitur, ut,

Ante urbem pueri et primævo flore juventus
Exercentur equis, domitantque in pulvere currus,
Aut acres tendunt arcus, aut lenta lacertas
Spicula contorquent,
(*Id.* lib. 7, vv. 163-165.)

Modo pro tempore significat, ut,

Aut ante ora deum pingues spatiatur ad aras,
Instaurat donis epulas:
(*Id.* lib. 4, vv. 62, 63.)

id est, nunc ante ora deum spatiatur ad aras. Item,

Aut agmina curru
Proterit, aut raptas fugientibus ingerit hastas.
(*Id.* lib. 9, vv. 762, 763.)

Figuræ conjunctionum duæ sunt: simplex, ut nam; composita, ut namque. Ordo conjunctionum in hoc est, quia aut præpositivæ conjunctiones sunt, ut at, ast: aut subjunctivæ, utque: aut communes, ut et, igitur. Sunt etiam dictiones, quas incertum est utrum præpositiones an adverbia nominemus, quæ tamen omnes facile dinoscuntur. Nam et conjunctiones pro aliis conjunctionibus positæ inveniuntur, potestate mutata.

CAPUT XXVI. — De præpositione. Præpositiones accusativæ, ablativæ, et utriusque.

Omnes præpositiones dicuntur generaliter. Species autem hæc, aliæ accusativæ, aliæ ablativæ, aliæ utriusque. Accusativæ, per casum accusativum enuntiantur, ut ad, apud, ante, adversus, cis, citra, circum, circa, contra, erga, extra, intra, infra, juxta, ob, penes, per, prope, propter, præter, post, pone, secundum, supra, trans, ultra. In his præpositionibus servanda genera nominum, id est, masculinum, femininum, neutrum, commune. Servandi etiam numeri, ut puta masculino singulari, ad agrum: plurali, ad agros. Feminino singulari, ad villam, vel ad possessionem. Plurali, ad villas, vel ad possessiones. Sic neutrum singulare, ad templum, ad Capitolium: plurale, ad templa, ad Capitolia. Sic communi genere singulari numero, ad civem, ad hostem, ad sacerdotem: plurali, ad cives, ad hostes, ad sacerdotes. Sic ergo omnes præpositiones observabis, servatis, ut dixi, generibus, servatis numeris singulari et plurali. Servatis similiter pronomibus secundum genera: masculino, ad hunc: plurali, ad hos: feminino, ad hanc: plurali, ad has. Neutro, ad

hoc templum vado : plurali, ad hæc templa. Sic communi genere, ad hunc et ad hanc sacerdotem : plurali, ad hos et ad has sacerdotes : sic ad hos et ad has hostes. In his ablativum attendunt tam in singulari quam in plurali, servatis generibus numerisque : ut puta, a, ab, abs, cum, coram, clam, de, e, ex, pro, præ, palam, sine, absque, tenus. Masculino singulari, ut a fratre, plurali a fratribus. Feminino singulari, a sorore, vel a sororibus, vel a civitate, a civitatibus. Ab singulari masculino, ab amico, plurali ab amicis, ab agro, ab agris. Feminino singulari ab urbe, plurali ab urbibus. Neutro singulari ab templo, plurali ab templis. A communi singulari a cive, plurali a civibus, ab hoste, ab hostibus. Hanc declinationem serva in omnibus his ablativis præpositionibus secundum genera et numerum. Remanet tertia species præpositionum, quæ dicuntur utriusque, quæ et accusativum tenent casum et ablativum.

CAPUT XXVII. — *Duplex genus præpositionum quæ dicuntur utriusque.*

Sed plerosque ratio harum præpositionum præterit, ex qua distinctione intelligatur, ut non appareat expositum ejus. Differentia hæc est in motu et in situ. Sed motum putaverunt quidam accusativum tantum tenere : tenet autem utrumque, sed certa ratione. Nam motus tunc tenet accusativum casum cum a locis in alia loca nos moveri significamus, ut curro in forum, vel in campum. Et si ex alio loco dicimus nos currere in forum vel in campum, accusativum casum tenemus. Si autem in uno eodemque loco, ablativum : ut curro in foro, curro in campo : sic ambulo in foro, et ambulo in campo. Si de alio loco ambulamus in forum, accusativum tenemus. Si in eodem loco ambulamus, ablativum tenemus, ut ambulo in foro : sic, cadit in forum, et cadit in foro. Virgilius :

Ingrediturque solo, et caput inter nubila condit.
(*Æneid. lib. 4, v. 177.*)

Ut est, *In arvis altius ingreditur* (*Georg. lib. 3, vv. 75, 76*), id est ambulat : vides motum esse, et tamen ablativum sibi vidicare ; sed in loco, ut dixi, non de loco in locum, Sic lapsum in piscinam, et lapsum dicimus in piscina. Si de alio loco in piscinam labatur, accusativus est : si vero in eadem labatur piscina, ablativus est. Venio autem semper accusativus est, quia de loco ad locum quis venit. In loco autem jam cum sit quisque, cessat motus. Item motus de loco in locum, volvo vel evolvo :

Reperire viam qua evolvere posset
In mare se Xanthus :
(*Æneid. lib. 5, vv. 807, 808.*)

scilicet ab alveo in mare. In ipso autem volvi, ablativum tenet : ut, *Fundo voluntur in imo* (*Id. lib. 6, v. 581*). Sic, sub, e loco in locum motus accusativum tenet. De hasta Virgilius sic ait, *Sub pectus, illam rem*. Item sub ablativo, *Trojæ sub mænibus altis contigit oppetere* (*Id. lib. 4, vv. 99, 100*), id est cadere vel jacere. *Trojæ, inquit, sub mænibus altis*. Item de loco in locum,

Sive sub incertas zephyris mutantibus umbras.
(*Eclog. 5, v. 5.*)

Et subjunxit, *succedimus*, ubi est motus de loco in locum. Super motus : *Super Garamantas et Indos profert imperium* (*Æneid. lib. 6, vv. 794, 795*), motus est. In loco autem : *Geminæ super arbore sidunt* (*Ibid., v. 203*). Item subter, de loco in locum : ut, *Angusti subter fastigia tecti ingentem Æneam duxit* (*Id. lib. 8, vv. 366, 367*). In loco autem :

Omnes
Ferre libet subter densa testudine casus.
(*Id. lib. 9, vv. 513, 514.*)

Sic sub, si de loco ad locum fiat motus, accusativum tenet : ut, sub speluncam curro. Si autem positus sub ipsa spelunca curras, ablativum tenet : ut, sub spelunca curro. Sic super, si de loco ad locum fiat motus, accusativum tenet, super tectum curro. Si autem po-

situs quis super tectum currat, ablativum tenet : super tecto curro. Sic, subter fluctus mergo, si ex littore motus fiat in demersione, accusativus est, ut mergo subter fluctus ; si autem quis sit jam in fluctibus, subter fluctibus mergitur. Sed multum juvant hæc locutionem et observationem duo adverbium locorum, quo et ubi. Quo, in locum motus est ; ubi, in loco situs est : ut, quo venit telum ? in hostem : ubi hæsit ? in hoste. Quo voluit Catilina telum dirigere ? in consulis corpus ; ubi voluit defigi ? in consulis corpore. Sic enim ait de sica : Ut eam putes in consulis corpore defigere. Sic cum dicimus, quo fugimus ? scilicet in locum. Ubi latet ? in loco. Ergo, ut diximus, adjuvant adverbium hæc duo, ad confusionem distinguendi præpositiones utriusque casus. Sic namque de hac adverbiorum ratione purgatur et illud in Verrinis : Quod ille in caput ab hostium duce acceperat. Acceperat ergo vulnus directum in caput, acceptum in capite. Numquid, Quo accipis vulnus, dicimus ? minime : sed, Ubi accipis. Et Virgilius, *Quo ire jubes ? in locum significat*. In loco autem, *ubi ponere sedes* (*Æneid. lib. 3, v. 88*) ? Situs vero ablativum tenet quia contrarius est motui. Nam ipsum nomen, ses sionem quamdam significat, ut puta, sum in foro, eram in foro, fui in foro, futurus sum in foro. Sic simpliciter sedeo, jaceo, cubo, sto, consisto, hæreo. Omnia hæc ad situm pertinent. Meditanda igitur sunt et in usum ducenda, ut jam in hac præpositionum forma, et recte et nulla hæsitacione loquentes studuisse nos diligentius indicemus.

CAPUT XXVIII. — *De interjectione.*

Interjectio, non pars orationis est, sed signum affectionis erumpentis animi in vocem : et significat aut lætitiã, ut *evax* ; aut amaritudinem ut *heu*, apud Græcos, *εὐὐ*. Ergo quot sunt perturbati animi motus, tot voces reddunt : et vocantur interjectiones, quod interrumpant orationem, ut est illud,

Hic inter densas corylos modo namque gemellos
Spem gregis,
mox interjectio per litteram a,
ah ! silice in nuda connixa reliquit.
(*Eclog. 1, vv. 14, 15.*)

In medium orationis interjecta est a littera.

CAPUT XXIX. — *Epilogus. Et de nominibus numerorum.*

Omnes partes orationis decursæ a nobis sunt, quæ ad compendium sufficiant, aut occupatis, aut negligentibus. Sane quæ omisimus, in tractatu nominis reddimus. Scire enim debemus nomina numerorum a quatuor usque ad centum *ἄνωτα* esse, et generis omnis : ut quatuor viri, quatuor feminæ, quatuor mancipia. Sic per omnes casus, quatuor dicimus : ut puta virorum quatuor, mulierum quatuor, mancipiorum quatuor. Sic dativo viris quatuor, feminis quatuor, mancipiis quatuor. Sic accusativo viros quatuor, feminas quatuor, mancipia quatuor. Sic vocativo o viri quatuor, o feminæ quatuor, o mancipia quatuor. Sic ablativo a viris quatuor, a feminis quatuor, a mancipiis quatuor. Sed ideo dixi, a quatuor *ἄνωτα* esse usque ad centum, quia duo declinantur, duorum, duobus, duos vel duo, o duo, ab his duobus. Sic declinantur et currunt per casus : *n. hi et hæ tres, g. horum et harum trium, d. his tribus, a. hos et has tres, v. o tres, l. ab his tribus*. A genere neutro, hæc tria, horum trium, his tribus, hæc tria, o tria, ab his tribus. Ex hac ergo forma intelligimus quomodo declinemus : hic duumvir, quasi duorum hominum unus vir. Sic triumvir, trium hominum unus vir. Ergo hic admisit genitivum. Jam quatuor ubi indeclinabile est, quatuor viri dicimus, vel quinqueviri, vel sexviri. Unde Lucanus, *Septemvirque epulis* : pro genitivo posuit, *septem*. A ducentis usque ad nongentos declinantur nomina numerorum, ut hi ducenti, hæc ducentæ, neutro ducenta : mille, declinabile est.